

DIPLOMI E CARTE DIPLOMATICHE

DOCUMENTI

DEL

SECOLO XII

1173, Luglio

I Consoli e il Popolo di Terni cedono a quelli di Spoleto la metà delle ragioni nei ponti del fiume Nera ⁽¹⁾.

Machabeus. In Dei nomine ab ejus nativitate Anno Millesimo CLXXiiij tempore Frederici Imperatoris, die mensis Julij, Indictione vj. hoc quidem tempore Nos Consules Teranenses, videlicet Rainerius judex et Egenius ambo insimul per consensum populi et in presentia ejus, donamus et tradimus vobis Consulibus Spoletanis, videlicet Oguicioni et Guastalittere et Archidiacono et universo populo spoletano, medietatem totius nostre rationis pontium qui sunt super flumen Naricum, et omnium que pontibus colliguntur de ratione civitatis, hoc modo ut liceat vobis et omni futuro populo vestre Civitatis semper et in perpetuum tenere et possidere et augere ad utilitatem et laudem vestre civitatis et nostre, non deteriorare vel minuere predictas res. Item donamus et concedimus vobis predictis omnibus vacationem omnium dationum in Civitate nostra ad pontes nostros et vestros in eumdo et redeumdo, ut nullus de vestris aliquid tribuat. Item predicti pontes comuniter reficiantur et restaurentur a nobis et a vobis [pag.198] comunibus expensis, et hiis donationibus launachil a vobis nobis placitum accepimus ⁽²⁾. Insuper promittimus et obligamus nos pro nobis et pro omnibus futuris consulibus nostris successoribus et pro populo tam futuro quam presenti vobis et vestris successoribus et universo populo vestre civitatis futuro et presenti, hanc donationem tenere firmam et illibatam, omni tempore et in omni loco et in omni curia in perpetuum. At Nos Rainerius et Egenius supra scripti consules hanc cartulam fieri rogavimus.[pag.199]

Nos Donadeus et Rainucius filii Gregorij, et Simon podii, et Gaimari et Trasmundus, et Bonuscomes filii Ofreducij comitis rogati testes sumus.

Ego Machabeus Judex rogatus scripsi.

(1) Questo documento (registrato nel foglio 1, e ripetuto nel foglio 71 di un libro grande in pergamena del secolo XIII, che chiamerò Regesto) è l'Atto più antico dell'Archivio Comunale di Spoleto. La sua data risponde a diciotto anni dopo l'eccidio di questa città (*Otto Frisingensis De Gestis Friderici lib. II cap. 24*) e ad un anno innanzi a quello di Terni (*Caroli Sigoni De Regn. Ital. lib. XIV.*). - « Gli Archivi di tutte le città, dice Enrico Hallam, prima del regno di Federico Barbarossa, perirono ». Per Spoleto ciò è letteralmente vero, chè del tempo anteriore io non ho rinvenuto in tutta la città che un contratto di vendita tra privati del 1106. L'essere unica di quel tempo, e l'utilità che a volte taluno potrebbe trarre da una *cartula* fatta nel ducato di Spoleto con la sola nota del Re, vivente la Contessa Matilde, m'inducono a darle luogo in questa nota. Grimoaldo, che la scrisse, pose il suo nome in cifra in capo alla scritta, come sessantasett'anni dopo pose per disteso il suo Machabeo nella donazione ternana, e come si vede frequentemente costumato anco in appresso.

GRIDS. In nomine domini Dei et Salvatoris nri Jhu X. ab incarnatione ejus anno Mill.CVI. Regnante Henrico rege, et die mensis septemb. indc XIII. Hoc quidem tempore ego Bon' homo Berte filiu' mea spontanea voluntate vendidi atque tradidi vobis Froieri et Radulfe Effoni' filii terram et vineam quam habeo in ducatu spoletano in loca que nominantur rivu' accianu' et campu' bottule et si alia nomina ibi dicuntur, in campo bottule vendidi unum modiolum et dimidium de terra et in rivo acciano unum modiolum de vinea cum introitu et exitu et cum omnibus infra eam habentibus et habituris, pro hac enim mea venditione accepi reapse LXXX solidos. Insuper obligavi me et meos heredes vobis vestrisque heredib' si a modo in antea de ista terra et vinea aliquam molestiam fecerim', aut si cum aliquo nomine colludium fecimus vel fecerim', aut si ab omni hoc minime defendere potuerim' vel noluerim' sicut mihi obvenit pro his omnibus promisi et obligavi me et meos heredes vobis vestrisque heredib' componere LXXX, et hec cartula firma permaneat. Ego Grimualdus judex scribere rogatus in Spoleto actum notavi in mense et indc. infrascripta.

Ego Bon' homo hanc cartulam scribere rogavi.

† *Ego Johs Andrae filiu' et ego*

† *Arnulfu' attoni' filiu'*

† *et Berardi grifoni' filiu' in hac cartula teste' sum'.*

Il *Rivus accianus* della cartula sembra dover essere il luogo presso Spoleto detto Reacciano.

Il *Modiolum*, che prende il nome dall'antico *Modium* romano (*Balbi Ratio Mensurarum etc.*), era la misura agrimensoria in uso da Terni alla Bastia in tutti i luoghi della valle, o ducato di Spoleto nel significato più circoscritto di questo dominio; risponde a metri quadrati 2254,08 e si divide in 10 staja, lo stajo in 10 pugilli, il pugillo in 100 piedi:

L'ineguaglianza del piede fa che il modiollo vari da luogo a luogo. Il piede quadrato spoletino è uguale a 23 milliari.

(2) *Launachil* è lo stesso che il *Launagild* con cui per le cadarfrede e leggi longobarde si rendevano solenni le donazioni, dopo cessate le trascrizioni nei Registri delle Gesta Municipali, scomparsi con lo scomparire delle Curie dei Romani (*Edict. Rotari lex 175. - Liutprand. lib. V. § I. lib. VI. § 19*). Si troverà anco in alcuni de' seguenti documenti, e va ordinariamente unito alle parole: *quod mihi bene complacuit*. Consisteva o in una veste, o in un guanto, o in un anello o in siffatto altro piccolo donativo mandato dal donatario al donante. A questi tempi casi tardi ne durava ancora l'uso per inveterata consuetudine.

II

1178, Giugno

Gli Arcuri Signori di Murice vendono alla città di Spoleto la metà della torre di quel castello, ed entrano a far parte del comune a cui si sottomettono (1).

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti Amen. Anno Millesimo CLXXVIIII. Indictione xj. mense Junij tempore Frederici Imperatoris et Alexandri Pape et Corradi Ducis Spoletani ducatus. Hoc quidem tempore, Nos Arcuri, silicet Egidius, Montanarus, Tostus, Morro, Spoletus, Carvone, Germanus, Todinus, nostra bona voluntate, vendimus et tradimus vobis Spoletanis Consulibus Adam Ciutte, Sansone, Enrico, Rollando, et per vos toti populo et Comunitati Spoletane minoribus et majoribus (2) predictae Spoletane Civitatis, videlicet medietatem nostre turris existentibus (*sic*) in castro Muricis, medietatem edificij facti et faciendi, cura omnibus predictae [pag.200] turri pertinentibus, silicet cum introitu et exitu et cum adiacentiis quibus girone possit fieri, et necessaria turris possint sollevari et deponi. Predictam partem turris vobis venditam non spodestabimus nec tollemus, nec erimus in facto vel consilio ut auferatur vobis vel vestris nuntiis, et si aliquis abstulerit adiuvabimus vobis recuperare, sine fraude, et adiuvabimus retinere contra omnes homines, et partem nostram ipsius turris non contendemus aliquo tempore quodocunque erit vobis necesse, sive oportunum vestris propriis negotiis sive affaribus, et vestrorum sociorum vel civium ad voluntatem consulum Spoletanorum et preceptum tunc existentium in consulatu civitatis. Predictam medietatem turris damus et habere permittimus populo Spoletano in perpetuum ad habendum et faciendum quodcumque placuerit omnibus Spoletanis nunc viventibus et in posterum nascituris. Pro hac venditione accepimus a consulibus predictis et a comunitate decem et octo libras lucensium quos confitemus apud nos habere, et remissionem multarum, injuriarum preter homicidia. Insuper promittimus vobis et toti populo Spoletano quod nullo tempore, ullo ingenio partem nostram predictae turris et ad turrem pertinentia non alienabimus, nec vendimus vel permutabimus vel donabimus alicui nisi comunitati Spoleti sive populo pro justo pretio et sine malitia. Si vero alienare temptabimus nisi vobis predictis consulibus vel tunc existentibus in Spoletana Civitate consulibus ipso jure pro comunitate, predicta pars perveniat in vos vel in Spoletanos cives tunc existentes vel in civitate viventes, ad perpetuitatem permaneat in vos vestrosque heredes, et ut hoc firmiter et constantius valeat, ut nostre partis turris medietas ipso jure sine ulla exceptione perveniat in vos sine pretio damus et concedimus vobis et tenutam et possessionem illius nostre partis. Et ideo promittimus et obligamus nos nostrosque heredes vobis predictis consulibus et toti Spoletano populo nunc esistenti et in posterum venturo, vestrisque heredibus, de fraude et colludio preterito et futuro, et promittimus fraudem et omnem dolum preteritum abesse, et in futuro in hac venditione nullo modo adfuturum esse et non molestare predictam rem vel inquietare, nec hanc cartulam rumpere vel falsare et omnia que in hac cartula continentur inviolabiliter observare. Hec quoque omnia sicut leguntur non observantes et sua firmitate non retinentes, vel contra predictum pactum nostram partem alienantes, simus in pena Centum lib. papiensium monete, et post penam hec carta in sua perduret firmitate hanc penam stipulati sumus vobis omnibus et populo. Insuper nos predicti Arcuri promittimus ammodo in [pag.201] antea perpetuo adiuvare spoletanum populum et cives contra omnes homines, et guerram inimicis omnibus Spoletane Civitatis per castrum Muricis et nostras personas faciemus, et pacem cum ipsius Civitatis amicis faciemus ut Spoletani Consules nobis preceperint. Insuper pro Civitatis negotiis de nostris rebus expensas vel dationes faciemus per libras nostras sicut boni homines Civitatis per libras suas facient, postquam imperatori et ejus nuntiis dationem

vel fodrum facere cessabimus. Et castrum Muricis nulli homini aliquo modo sine permissu Consulium et popoli alienabimus nisi Spoletane Communitati compellationibus factis trium mensium, nisi a communitati Spoletana gravi iniuria afficeremus, tali silicet qualem nobis pati non esset licitum, et pars nostrum Spoleti habitabit, ad preceptum Consulium. Et ad civitatis honorem in festo Sancte Mariie de augusto anuatim Ecclesie Sancte Marie Episcopatus unum cereum bonum offeremus. De his vero omnibus predictis in omnibus et per omnia excepta venditione turris, super quam omnia predicta observentur, excipimus Imperatorem et ipsius nuntios, et cum his bonum iter sine fraude faciemus. Et hoc quod dictum est ad bonum intellectum faciemus et non dissolutionem sacramenti facti; nam sic observare juravimus ut predictum est. Insuper penam CCC. lib. pro nobis et heredibus nostris si hoc non observaverimus promittimus propter sacramentum, et post soluta pena, omnia predicta in sua firmitate perdurent. Insuper quodcumque comunitas fiet Spoletana Civitate jurabimus ad breve communitatis sicut alii cives, et consules teneam nobis et populis sicut aliis civibus spoletanis. Nos omnes predicti Arcuri de turri vendita juravimus observare ut supra legitur et de subsequentibus.

Ego Ofreducius Januarij, Berarducius Vivieni, Guilglanocte, Saracenus, Raini pagani, Ogolinus guiducij, Ferravespa, Guiducius tancredi, Paris henrici, Rodulfus galgani, Johannes uberti, Ofreducius johannis tederade, Adam noctorus rogati testes sumus.

Ego Machabeus terannensis iudex rogatus affui et meo permissu Quintavallis scripsit.

Ego phylippus rogatus scribere feci.

Ego Magister Quintavallis interfui, et rogatus scripsi. Actum Castro Muricis, predicto tempore, et complevi.

(1) Regest. Comun. fogl. 19 e fogl. 71. - Murice o Morice ad occidente di Spoleto nei monti che ne chiudono la valle. Il Contelori (Memorie di Cesi) ritiene che questo castello sorgesse presso a Boilano in una contrada chiamata anche ora *le morici*; ma ciò non s'accorda con quello che si trova notato nel libro dei Censi etc. di Cencio Camerario, cioè che il Castello della Morcicchia era situato *inter Muricem et Clarignanum*. Il territorio di Clarignano confinava indubitatamente con quello della Morcicchia e del Colle del Marchese (Rifor. del. Com. di Spoleto An. 1511. fogl. 286.); ed erano questi luoghi a breve distanza l'uno dall'altro. Se l'uno dei limiti preso a determinare il sito della Morcicchia era a questa così prossimo, non poteva l'altro esserne remoto, e da quella diviso per sì gran tratto di paese e da altri luoghi e castelli intermedi, come sarebbe se Murice fosse stato presso a Boilano che siede quasi a piè del monte dei Balduini non meno della detta contrada delle Morici.

(2) Il testo, con errore evidente, ha due volte *majoribus*.

[pag.202]

III.

1180, Gennaio

Il Conte Monaldo sottomette la Rocca di Bazzano e l'altra sua terra al dominio di Spoleto (1).

Vallis. Anno domini Millesimo CLXXX. Indictione XIII mense Januarij, temporibus Alesandri tertij, Summi Pontificis et Frederici Imperatoris. Hoc quidem tempore Ego Munaldus olim comitis Sinibaldi filius mea spontanea et bona voluntate totam Roccam Bazzani do et trado et sub potestate Civitatis et Spoletane Comunitatis suppono ipsam cum alia mea terra, do et trado et semper ad servitium et dominium Spoletanorum Civium qui nunc sunt et qui futuri erunt ipsam Roccam me tenere et custodire promitto, et quodcumque oportunum fuerit Civitati et Comunitati Spoletane et consulibus illam non contendam, immo eam libere dabo, sic tamen ut illam non perdam, et per ipsam guerram faciam inimicis Civitatis, et amicos spoletane Civitatis per illam adiuvo ad dictum consulium civitatis qui tunc erunt vel ad dictum bonorum hominum diligentium proficuum Civitatis. Et nec vendam vel cambiam vel donabo vel alienabo aliquo modo predictam Roccam alicui homini vel aliquibus ullo ingenio, sine voluntate consulium Civitatis et magne partis bonorum hominum civitatis diligentium illam, sed semper ut dictum est ad utilitatem et proficuum Civitatis Spoletane predictam Roccam tenebo et custodiam, et nec finem vel pacem faciam cum inimicis civitatis qui nunc sunt vel futuri [pag.203] erunt sine permissu et voluntate consulium civitatis et bonorum hominum.

Insuper juravi omnia, ut in cartula continentur, observare et propter sacramentum promitto nomine pene ut predicta Rocca perveniat absolute in comunitatem spoletanam si contra supra dicta facere temptavimus. Pro hic omnibus observandis obligo me meosque heredes vobis predictis consulibus et comunitati, ceterisque consulibus futuris sub pena predicta. Et Ego Munaldus hanc cartulam scribere rogavi. Ab omnibus predictis excipimus dominum Imperatorem et filium ejus in omnibus et per omnia.

Fr. Guilgelmus panemventre, Bonus guido de pesamusca, Ubertus ugolini de bonoinfante, omnes predicti de Lucca cives, Ofreducus avultrinus, Bonafides, Amedeus henrici, Jacobus Judex, Transaricus albertucij cives spoletani, Tibertus ruberti, Transaricus et Johannes bernardi, Rainaldus octaviani, Thodinus albrici, rogati testes sumus.

Hec donatio et submitio rocche facta est existente domino Dopplerio et Gerardo consulibus.

Hanc rogatus scripsi Quintavallis judex dictus spoletane vallis.

(1) Regest. fogl. 20 e fogl. 72. - Bazzano è un luogo del Comune di Spoleto distante quattro miglia dalla città; il suo territorio è posto parte in monte parte in piano, e si distingue in Bazzano di sopra, e Bazzano di sotto. V'erano due castelli, e chi viene da Foligno a Spoleto guardando i monti a sinistra vede ancora le rovine di uno di questi nel basso pendio d'un colle. La rocca però di cui qui si parla sedeva nella parte alta di quel territorio dove ancora è un gruppo di case conosciuto col nome di Rocca di Bazzano o Berardesca. È così chiamata anche in una carta autentica del 1752, ma nelle Riformazioni del secolo XIV si trova col nome di Rocca Maynardesca e Monaldesca.

IV.

1180, Marzo

Gli uomini di Coccorone si sottomettono al Comune di Spoleto (1).

In nomine Patris et Filij et Spiritus Sancti amen. Anno dñi MCLXXX Indictione XIII. mense Martii, tempore Frederici Imperatoris. A. tertio summo pontifice in sede presidente. hoc quidem tempore Nos boni homines de Coccoronio scilicet [pag.204] Bernardus, Petrus, Stephanus, Jacobus consules populi Cocoronij, et Thomas et Gerardus, Simon et presbiter Berardus, et totus populus predicti castri juramus et promittimus quod ad modo in perpetuum adiuvabimus comunitatem et populum Spoleti in omnibus vestris affairibus contra omnes homines ut alii vestri cives, et adiuvabimus unum quemque de populo ubicumque poterimus. Et non faciemus hostem et parlamentum Spoletane Communitati postquam compellati erimus a consulibus quod sunt vel erunt, vel a bonis hominibus pro communitate. Et quandocumque Communitas Spoletana guerram habebit et compellati fuerimus, dabimus pro libris nostris sicuti vos; et nos faciemus guerram omnibus vobis guerram facientibus ad dictum consulum Spoleti et nos jurabimus compagniam et adiutorium Spellanis, Mevaniensibus, Cattaneis litaldensibus si juraverint nobis, exceptando communitate Spoleti. Et non faciemus pacem vel finem nec treugam cum inimicis Civitatis sine parabola consulum vel majoris partis populi Spoleti. Et si discretium aliquod erit inter nos et supradictos nostros socios, erimus ad dictum consulum spoletanorum. Si vero ipsi de hoc vos non audierint, debetis adiuvare nos, vel illos si nos non audierimus. Et non contendemus vobis facere tres domos ubicumque volueritis in Castro Coccoroni, sed damus et concedimus vel tria casalina sufficientia vobis. Et quandocumque ab alia curte constricti non fuerimus, dabimus et adiuvabimus recipere nuntium vel nuntios Civitatis medietatem froffacturarum, placitorum, et platearum; aliam medietatem debeamus non habere. Omni quoque anno in festo Sancte Marie de augusto quoddam cereum, ad onorem beate Virginis Marie, de quatuor decinas mittemus Episcopatum. Pro his omnibus supradictis sine fraude observandis obligamus nos, nostrosque heredes et alios in sopradicto castro venturos castellanos vobis omnibus Spoletanis vestrisque heredibus et [pag.205] futuris civibus ut predictum est observare. Et promittimus vobis penam Mille lib. argenti si supradicta non observabimus, nostra licentia accipiatis tantum de nostris, et post penam omnia in sua perdurent firmitate. Excipimus Dominum Imperatorem et filium ejus Henricum, et Ducem Corradum, et cum ipsis bonum iter faciendo, sic tamen ut occasione exceptionis non extrahamur a supradicto sacramento.

Et finitis x annis postquam compellati erimus, vobis refirmabimus predictum sacramentum.

Et hoc totum factum est dño Dopplerio et Gerardo Saraceni existentibus consulibus. Johannes uberti et Carsedonio, Brunictus, Maximellus, Transaricus iudex, Berarducius, Cleopas, Bonagena, Petrus, Acto, Grimaldus, Johannes, Rodulfus, Sinibaldo, Mardocheus, Deotesalvi, Johannes, Zacheus guardiani Civitatis testes fuerunt.

Nos omnes supradicti Castri Coccoroni pro nobis et populo hanc cartulam scribere rogavimus.

Ego quoque magister Quintavallis consensu et rogatu supradictorum bonorum hominum Coccoronij dictavi et a Johanne lombardo perscribi feci.

(1) Regest. fogl. 1. - fogl. 72. - Coccorone, che si trova scritto in modi molto svariati nei diplomi, è ora Montefalco. Non è ben noto come e quando avvenisse questo cambiamento di nome. Huillard Bréholles (*Histor. Diplomat. Fed. II*) riporta dal Zannetti, che per certo lo tolse dal Piergili (*Vit. B. Clar.*), la notizia che Coccorone essendo stato disfatto dalle genti imperiali nel 1249, risorgendo dalle rovine prese il nome di Montefalco. Sembra anche al Monticelli (*Vit. di S. Fortunato*) che tale distruzione di Coccorone non abbia fondamento storico, non rimanendo di quel fatto alcuno indizio o documento e che l'asserzione dei sopra allegati sia uno scambio con Coccorano altro castello che fu distrutto in quell'anno. Ma per certo intorno a quel tempo avvenne, quale che se ne fosse la cagione, il cambiamento di nome. Vari documenti, registrati nella detta Storia Diplomatica, mostrano che il castello nel 1240 era ancora chiamato Coccorone, e il Piergili (*Op. Cit.*) reca un istrumento del 30 settembre 1250 in cui si legge: *Terra in territorio Coccoroni et nunc Castro de Montefalco*. Il Monticelli afferma che anche altri istrumenti, alcuni dei quali conservati nell'archivio della Badia di Sassovivo, rendono uguale testimonianza.

V.

1185, 27 Settembre.

L'Imperatore Federico I. riceve in grazia gli Spoletini (1).

Fredericus Dei gratia Romanorum Imperator Augustus, Serenitas et Clementia Imperatorie Majestatis, et benignitatis nostre innate Nobis pietati consulit et hortatur, ut quos erga Sacrum Imperium personamque nostram in adversitatum pro [pag.206] cellis vento infidelitatis agitari cognoscimus, si in sua mobilitate persistent debite severitatis animadversione corripiamus; supplicantibus autem et anhelis misericordiam desideriis poscentibus, excessus et offensas pii remittentes servitium, gratie nostre favorem eis liberali mansuetudine reddamus. Noscat igitur tam presens etas fidelium Imperii, quam successura posteritas, quod Nos supplicatione pariter ac manifesta devotione fidelium Xpti Civium Spoletanorum, ad commiserandum inclinati, ipsos ad preces dilecti nostri Ducis Spoleti, universos cives Spoletanos tam minores quam majores in plenitudinem gratie nostre recipimus, eorumque fidem ac fidelia devotionis sue servitia inter puram sinceritatem fidelium Imperii confidenter annumeramus, expectantes de ipsorum honestate ac provida discretione quod nec rerum blanditie a constatia nostre fidelitatis de cetero eos emollient, nec tempestate adversitatum aliquo modo deviare compellent. Sane quidem attendimus laudabile et gloriosum esse subiectis clementer parcere, et superbiam rebellium potenter debellare. Hujus rei testes sunt Willelmus Astensis Epus, Bonifacius Novariensis Epus, Fredericus Prepositus Argentinensis, Conradus Dux Spoleti, Conradus Dux Scuscini (sic), Bovo de S. Angelo, Raynaldus comitis Monaldi, Ugolinus Ugolini, Vido de S. Nazario et Remerus frater ejus, Vernerus de Boncande, Henricus dapifer, Henricus marscalcus de Lut, Rudolfus camerarius, Conradus pincerna. Datum apud Cukurionum anno Dominice Incarnationis MCLXXXV. Ind. iv. Quinto Kal. Octobris.

(1) Dal Leoncilli (*Hist. Spol. per Episcoporum seriem descripta, in Witeclino Episcopo*). Serafino de' Serafini sacerdote spoletino e noto erudito nativo del Castello di Beroide, in una giunta inserita al testo della citata storia, parlando di documenti da lui inviati all'Ughelli nel 1644 per essere pubblicati nell'*Italia Sacra*, nota come quegli *non fideliter horum contextum edidisse, verum qua invertisse, qua emendasse latinus, qua corrupisse foedius*. Avendo io riconosciuto ciò potersi in parte affermare anche di questo, dove, nell'*Italia Sacra*, furono talora omesse o mutate parole, ho creduto potere senza fare opera superflua qui ristamparlo, perchè si possa leggere quale egli è veramente.

VI.

1196. Luglio

Transarico di Rustico conferma al Comune di Spoleto la donazione della sua parte del Castello di Battiferro. (1)

Vallis. Anno dñi Millesimo CLXXXX. Indictione VIII. mense julii tempore Felicissimi Imperatoris Frederici et Dñi Enrici Romanorum Regis, hoc quidem tempore Ego Transaricus [pag.207] Rustici de Bactiferia, in contione Spoleti in foro Civitatis do et trado et habere permitto vobis Consulibus Spoletanis Cleope, Homodeo, Dopplerio, Berardo, Rainaldo, Berardo, Todino, Bartholo, Rainaldo, Bernardo, Donato, Atto baroni, Pelalocco, Rainerio et toto populo et communitati Spoleti totam meam partem de Castello Bactiferie, silicet turrim et quod habeo in predicto castro ad habendum et tenendum pro utilitate communitatis civitatisque ad faciendam pacem et guerram et pro omnibus negotiis civitatis, utpote de castro et fortitia vestra confirmo et ratam facio donationem predicti castri communitati et populo Spoleti a majoribus meis silicet avo et proavo meo tempore Tiberti et aliorum sociorum, factam, et de novo iterum traditionem facio, et precario ipsius castri possessionem et custodiam a vobis suscipio. Et juro ad evangelia domini hanc donationem a me facta et a parentibus meis, firmam tenere nec cassare; et quod predicti castri Bactiferie alicui homini vel Ecclesie Lateranensi non dedisse nec in futurum dare fortitias et ipsum castrum, et si quod datium vel alienationem in ipso castro feci, dissipabo sine fraude. Et pro his bene et perfecte observandis et in futurum non removendis obligo in pignore vobis et toti communitati medietatem omnium mearum rerum quas habeo per totam curtem Bactiferie ac totam curtem Terannis et Collis fracte. Quatinus si predictam donationem vel concessionem infrangam, vel alienationem temptabo vel si alienationem de predictis feci, in omnibus predictis rebus pignoris vobis conservemini sine omni dampno et incomodo vestro et civitatis, accipientes predicta pignora vestra auctoritate vendentes vel obligantes ipsas res ut in omnibus et per omnia conservemini indemnes. Et vestro nomine res pignoras possideo. Et promitto et obligo me meosque heredes vobis predictis consulibus et toti populo et futuris consulibus qui in civitate erunt voluntate populi, de fraude, colludio preterito et futuro non adesse vel predictam donationem inlibatam conservare sub pena predictorum pignorum pervenientium in communitatem civitatis et populi nomine pene, et post penam hec cartula firma permaneat. Ego Transaricus hanc cartulam scribere rogavi, et Ego Benencasa deoteaiuti, Transaricus albertucij, Saracenus bonifatii, Gerardus johannis, Petrus carvoncelli, Berardus frater ejus, Egidius petri, rogati testes sumus.

Ego Quintavallis judex rogatus scripsi.

(1) Regest. fagl. 2, e fagl. 73.

[pag.208]

VII.

1190, Luglio

Il Priore e i Canonici della Cattedrale di Spoleto dichiarano irrita e nulla la vendita di Battiferro che avevano fatto a Pietro e ad Enrico.

Vallis. Anno dñi Millesimo CLXXXX Indictione VIII. mense Julii, tempore Frederici felicissimi Imperatoris, et domini regis Henrici Romanorum, hoc quidem tempore Ego Zacheus prior canonice Episcopatus cum concanonicis meis presbitero Rustico, presbitero Matheo, Valentino priore fraternitatis, Domino Egidio papa, magistro Petro, presbitero Oguicione juramus ad sancta evangelia domini quod sic fuit positum in contractu facto et in convenientia venditionis Bactiferie inter nos et Petrum et filium ejus Henricum, ut si usque ad unum annum rumor populi vel Consulium veniret sopra nos, ipse con-

tractus venditionis et conventionis ad irritum reduceretur, et positum fuit ut cartula ex hoc facta daretur Sansoni, ut teneret ipsam donec pretium fuisset datum; interea pro canonica predicto sacramento dederunt parabolam predictus prior et canonici, jurare fecerunt, quisque in anima sua sicut dictum est verum fore. Hoc sacramentum ideo factum est quum Consules et populus indignationem suam et iram hostendunt in priorem et canonicos, volentes predictam concessionem ad irritum revocare, quum, ut in contione juratum fuit, predictam fortitiam et castrum Battiferie datum fuisse a Rustico Cazuni communitati et populo Spoletano, et sic alienationem factam (*sic*) a canonicis non valuit, et revocata est cum positum fuit ut supra juratum est. Et Ego dominus Zacheus cum predictis canonicis juravimus et scribere rogavimus, Et Ego Saracenus bonifatii, Cristianus Sansonis, Johannes Sansonis, Mardocheus adamori, Varcorus, Salerius, Rainaldus frater ejus, Adam dalimani, et Phylippus adami gozi, Bosturnus, Munaldus benedictelli, Henricus bellonis, Carbo berardi, Johannes pelagalli, et quam plures in contione asistentes affuerunt et testes rogati sunt. Et Ego Quintavallis rogatus scripsi.

(1) Regest. fogl. 2. e fogl. 74.

[pag.209]

VIII

1190, Luglio

L'Abate e i Monaci di S. Pietro in Ferentillo cedono al Comune di Spoleto tutte le fortezze di quel Monastero (1).

Quintavallis. Anno Domini Millesimo CLXXX. Indictione VIII. mense julii, tempore Frederici felicissimi imperatoris, regnante domino Henrico Romanorum Rege, sub domino Conrado Spoleti duce, hoc quidem tempore, Ego Transaricus Sancti Petri in Ferentillo Abbas, consentientibus confratribus et monachis predictae Abbatie, Alberto monacho et presbytero, Rainerio monacho et presbytero, presbytero Gentile, presbytero Frederico monacho, Angelo monacho, Geronimo monacho, et ceteris monachis consentiente Valterio, Actone conversis, Berardo ac Phylippo ancajani, Asscaro paterentibus Abbatie, damus et concedimus ac tradimus in perpetuum omnes fortitias abbatie silicet Laurenum, Borsinum, Roccam Santi Petri ultra flumen, Roccam de Saso, omnesque fortitias quas nunc habet Abbatia vel habitura est in futurum, Predictas fortitias damus et tenere permittimus consulibus Spoleti Dopplerio, Pelalocco, Todino, Cleope, Homodeo, Bartholo actoni, Donato, Bernardo, Rainaldo alberti, Berardo presbyteri albrici, Berardo nicole, Ranaldo, Rainerio baroni, et comunitati Spoleti, totique populo spoletano ad tenendum et habendum jam dictas fortitias in perpetuum per faciendam pacem et guerram amicis et inimicis vestris presentibus et futuris, vos qui nunc estis et futuri consules qui per populum erunt, ac futuris popolis spo [pag.210] letanis faciatis guerram et pacem pro beneplacito et voluntate vestra et populi. Item faciemus nos et successores nostri, silicet Abbates cum confratribus nostris hostem et parlamentum quando consules qui nunc sunt vel erunt nobis preceperint. Excipimus coltam et habitationem civitate. Predictas fortitias precario concessistis nobis ad honorem et utilitatem civitatis et comunitatis. Excipimus Dominum Papam, Dominum Imperatorem et Henricum Regem, et Corradum Ducem; sic tamen ut isti predicti nullo modo possint nos extrahere ab huiusmodi sacramento et dactione predicta; et, quod Deus avertat, si ira supradictorum, silicet Imperatoris vel regis sive ducis vel eorum nuntiorum, veniret super vos, predictae fortitiae sint vobis et comunitati et populo Spoleti ut sint ad defendendum et receptionem vestram et civitatis. Ego quoque Transaricus abbas juravi tenere firmum quod supra legitur. Insuper promitto et obligo, me meosque successores vobis vestrisque successoribus et toti populo Spoletano de fraude colludio preterito et futuro abesse et non adesse et omnia illibata et inconcussa observare, quod quidem si non observaverimus, et vel hanc cartulam rumpere vel falsare temptaverimus, promittimus vobis pene nomine Centum Marcas argenti, et post penam omnia predicta in sua perdurent firmitate. Ego Transaricus abbas una cum predictis scribere rogavimus, et Ego Berardus et Phylippus ancaiani, Ascarus gentilis, Angelerius rainaldi alberti, Rainus petri gatturini, Donaddeus leonardi Soppolinus cornator, Rainaldus octaviani, Todinus gentilis, Berardus presbyteri albrici rogati

testes sumus in rogatione cartule, et Massucius ofreducij januarij, Nepos ejus, filius sergij, Golfetrinus Narnie, Alesius bonerie, Johannes sansonis, Zacheus enganati, Grimaldus ade rainucii et quam plures alii fuerunt testes quando in contione spoletana Abbas predictus promisit et possessionem dedit fortitiarum et juravit. Hanc rogatus scripsi Quintavallis judex dictus Spoletane Vallis (2).

(1) Il lettore, che ha veduto in questo, come vide e vedrà in altri documenti, tanti nomi propri con le iniziali minuscole, ha da sapere essere stile di que' notai, quantunque non sempre religiosamente osservato, di adoperare le iniziali maiuscole ne' soli nomi di coloro che funzionavano nell'atto, perchè ne fosse più chiara e pronta la percezione tra la folla degli altri nomi di padri e d'avi che li accompagnano. Io ho lasciato le cose come le ho trovate. - Anche de' solecismi che in passato ho creduto di far notare, non mi darò più pensiero, assicurando una volta per sempre il lettore, di voler porre ogni cura perchè i documenti siano diligentemente trascritti, scegliendo, dove i differenti esemplari sono discordi, la lezione che mi sembrerà più regolare.

(2) Reg. fogl. 4 e fogl. 74. - S. Pietro badia benedettina, che si dice fondata da Faroaldo II, duca di Spoleto, sorge nel mezzo della valle del Nera, sulla riva destra del fiume, alle falde del monte Solenne. I castelli, le borgate e le ville, parte ne' monti, parte nel piano, che furono sotto il dominio del Monastero, formavano uno stato col nome di Badia di Ferentillo. Il paese è abitato da gente svegliatissima, ha belli ed ameni luoghi e antiche chiese, tra le quali quella di S. Pietro, pregiata per monumenti romani e del medioevo. V'è al Precetto un cimiterio ripieno d'una terra singolarissima che preserva i cadaveri dalla corruzione. La storia di Ferentillo è strettamente legata a quella di Spoleto.

IX.

1190, alla metà di Novembre

I Tiberti danno franchigia agli Spoletini da ogni diritto di passaggio pontonatico e scorta nelle loro terre (1).

In nomine domini nostri Jhuxpi ab ejus incarnatione Anno Millesimo CLXXXX, tempore Frederici Imperatoris. Medietate mensis novembris. Indictione VIII, hoc quidem tempore Nos filiorum Teberti, videlicet, Capestrellus, Munaldus liotti, Oddus berardi, Guarnerius ugulini, Octavianus Acchilli, Berardus androcci, Beraldus berardi, Rainucius gerardi, Bernardus rubberti, Todinus gualterij marsilij, Matheus liotti, Civitella, Senebaldus androcci, Eldezzo octaviani, nostra spontanea et bona voluntate in perpetuum renuntiavimus, remisimus atque concessimus Vobis Maioribus Spoletanis Consulibus, silicet Rainaldo alberti, Pelalocco, Berardo nicolai et eorum sociis, nec non vobis consulibus negotiatorum, videlicet Senebaldo rainaldi benedicti, Fulce, Ormanno henrici et vestris sociis, et omnibus vestris successoribus et toti populo spoletano, hoc est pontonaticum, passadium, scortam per totam terram et fortitudinem nostram, nisi liberaliter aliquis de suis largiretur nobis sine omni fraude. Et si aliquis vestrum impediretur per terram seu fortitudinem nostram ab alio, adiuvabimus ipsum sine dolo et fraude. Si vero ab aliquo nostrorum fuerit impeditus, adiuvabimus eum et illi erimus contrarij pro vestra voluntate et eorum qui in tempore consules erunt donec hemendaretur. Et si aliquis vestrum a nobis communiter impeditus fuerit et non hemendabimus ad sensum et voluntatem consulum Spoletanorum silicet maiorum et minorum qui in tempore erunt, promittimus pro nobis et heredibus nostris vobis et successoribus vestris et toti populo spoletano in perpetuum nomine pene Centum Marcas Argenti, medietatem camere imperatoris et medietatem populo spoletano. Et hec omnia promissimus pro nobis et nostris heredibus sub pena predicta observare perpe [pag.212] tuo, et ad evangelia dei juravimus firmam tenere et nunquam remove et faciemus semper facere filios nostros hec eadem sacramenta postquam in etate erunt et compellati erunt a vobis vel a successoribus vestris, silicet consulibus majoribus Civitatis, et consulibus negotiatoribus. Nos omnes supradicti hoc totum fieri rogavimus. Nos Berardus ancaiani, Asscarus et Johannes de Cesello, Bonensenia johannis mathei, Montanarius ofreducii, Rubertus aimeldrigi, Berardus gualfredi, rogati testes sumus. Ego Machabeus judex interfui et rogatus scripsi.

(1) Reg. fogl. 25. e fogl. 73.

DOCUMENTI
DEL
SECOLO XIII

1201, Giugno

Convenzione onde Norcia si sottopone alla protezione e dipendenza di Spoleto (1)

B. In dei nomine, ab ejus incarnatione Anno millesimo ducesimo primo, residente Innocentio papa tertio, mense junio, Indictione tertia, hoc quidem tempore, convenientia et concordia facta inter dominum Gerardum Giliberti Spoletum potestatem pro civitate Spoletum et populum Nursie, et dominum Berardum de Onde consulem de Nursia et pro populo de Nursia, talis est, scilicet quod dominus Gerardus potestas promisit eis et investivit per lanceam benedicere et benefacere et adjuvare et admanutene eos de suis rationibus et bonis usantiis, et facere pro eis veram et pacem inimicis eorum sicut deberent facere pro una de melioribus terris sui Episcopatus sui districti. Et hoc promisit pro se et consulibus post se venturis et pro populo Spoletano et pro sociis Civitatis Spoletum. Et Berardus de Onde consul de Nursia promisit et convenit pro populo de Nursia quod faciet populus de Nursia veram et pacem inimicis de Spoleto, et faciet Spoleto hostem et parlamentum et dabit ei collectam quando dabunt alie terre de districtu Spoletum preter villas, et dabit ei omni anno in festo Sancte Marie de augusto ad honorem Dei et beate Marie et Civitatis Spoletum unum cereum viginti librarum cere, et non faciet senioriam in Nursia sine voluntate et concordia et precepto seniorie Spoletum. Et senioria que faciet jurabit prodem et honorem Spoletum et Nursie, salvitiam hominum et rerum de civitate Spoletum. Et hec convenientia facta fuit per dominum Pelalocum cujus preceptum et precepta predictus Berardus Consul Nursie cum pluribus aliis hominibus de Nursia juravit audire super hoc et observare. Et postea unus homo juravit pro toto populo in contione de Nursia et per parabolam populi Nursie, observare et facere omnia predicta semper et ad preceptum Seniorie de Spoleto. Et factum est in presentia domini Andree domini ofreducij Bonicomitis, Rainaldi manbrocti, Buccatraversa de ponte, Sevini de Asello, Tollomeo [pag.216] de Lapegio, Rainucij phylippi, Senibaldo Johannis Sansonis, Johannes Pelagallu, Dopplerio benencase, Roberti bonafidei, Bonamfidantia mardochei, Petri beraldi, Transarici et Grimaldi michaelis gemmarij, et aliorum quamplurium.

Ego Berardus notarius rogatus, et dicto predicti dñi Gerardi potestatis Spoletum, et dñi Berardi de Onde consulis ed Nursia scripsi.

(1) Reg. fogl. 26, e fogl. 75.

XI.

1201, 20 Giugno

I Consoli di Perugia, eletti arbitri da quelli di Spoleto e di Foligno, pronunziano il laudo sopra una controversia tra le dette città (1).

In nomine Patris et Filij et Spiritus Sancti amen. In nomine pacis et concordie, Nos perosini Consules licet Boneinsigna abbatis, Guiducius rainaldi, Capitonus, Beccarius, Rainucius bertranni, Petrus apostoli, Mainardus, Arloctus, Rainerius barone, Ugulinus masioli, Guido zaconis, Johannes crassi, Martholus guardoli, Aguramontis, Uguicio bonifatii, Ugolinus camerarius, Electi Arbitri a Consulibus Spoletum videlicet Thoma uguicionis, Tudino gentilis, et Rainaldo thomasij pro eorum universitate et suis adiutoribus ex una parte, et a Consulibus Fuligni, videlicet Artimucij putiarani, et Bernardo montacolli, et Rainucio de Keizo pro universitate eorum et suis adiutoribus ex altera parte super tota lite discordia et controversia, guerra que erat inter eos, pena invicem ab utraque parte Mille Marcarum argenti sollemniter promissa aliqua partium nostro arbitrio et laudamento non staret, et pena data, arbitrium tenere firmum. Ideoque nos omnes comuniter pro bono pacis et concordie, et pro ea manutenenda inter

utramque civitatem, laudamus et pronuntiamus atque precipimus et arbitramur ut Consules Spoleti pro universitate sue Civitatis et Consules Fulginei pro universitate similiter sue Civitatis faciant vel fieri faciant unum [pag.217] burgum inter flamineam et clonam usque ad festum Sancti Andree, et ponant ibi Spoletani Consules quinquaginta massaritas de suo districtu vel de Spello vel de ejus districtu, et Consules Fulginei ponant ibi alias quinquaginta massaritas de eorum districtu, et dent dicti Consules Fulginei sine malitia et concedant medietatem unius canalisi de aqua Tupini sine malitia que possit duci ad dictum burgum, et a burgo possit duci ad stratam sine aliqua contradictione. Et precipimus et laudamus ut homines illius burgi qui fuerint in illo burgo pro Spoletis vel pro Spello dent annualiter per se vel per suum nuntium unum bonum cereum decem librarum cere Ecclesie Sancti Felitiani pro honore Dei et reverentia beatissimi Felitiani in festivitate ejusdem. Et dicimus et laudamus ut homines de Fulginei non faciant nec fieri faciant aliquam injuriam vel molestiam nec dampnum hominibus qui fuerint in illo burgo pro Spoletanis vel pro Spello, et homines de Spoletis nec de Spello faciant nec fieri faciant similiter aliquam injuriam vel molestiam vel dampnum hominibus qui fuerint in illo burgo pro Fulginensibus. Diffinitionem et conciam que facta fuit inter Fulginenses et homines de Cocoronio et de Trevio de Senattis ⁽²⁾ precipimus observari. Precipimus etiam utrique parti ut nullam litem vel molestiam vel aliquam petitionem inter se vel adversus adiutores suos faciant de omnibus dampnis et molestiis et homicidiis factis ab hinc retro pro tota guerra quam habuerunt, nec malum meritum ab hoc inter se reddant. Item precipimus ut siquam offensam inter se et suos adiutores fecerunt in tota treugua quod eam emendari faciant et emendent. Item precipimus utrique parti ut firmam pacem et concordiam inter se teneant in perpetuum et ut siquam offensam inter se fecerint eam emendent infra xxx dies post inquisitionem ad defensionem illius qui offensam reciperit vel ad laudamentum duorum communium amicorum. Hec omnia precipimus utrique parti nomine sacramenti quo nobis tenentur, et sub pena mille marcarum argenti ut ita faciant et fieri faciant, et observare per singula capitula sicut scriptum est.

Data in platea Sancti Laurentij in parlamento publico coram Benvegiate bernardi uguicionis, Johanne bonicomitis, Gualterio mercadamtis, Jacobo alberici, Bernardino janci raini, [pag.218] Vartolo mengonis, Latino judice, Ugone marcoaldi, Bolognino judice, Martolo bertranni, Ugolino buccellate, et aliis pluribus, Anno domini Millesimo ducentesimo primo, XII Kalendas Julij, Indictione quarta.

Ego Jacobinus, Concessione domini Henrici Imperatoris, notarius de mandato predictorum Consulium Perusinorum, et Ugolini judicis ordinarij et comunis Perusii omnia predicta scripsi et in publicam formam redegei.

(1) Reg. fogl. 20. e fogl. 75.

(2) *Senatta* significa confine, divisione d'una terra dall'altra; è ancora in uso, chiamandosi volgarmente *Sanata* o *Senata* quel solco che parte due campi di diversi proprietari. Talora, come in questo luogo, si trova usato anche in significato dello stesso possedimento.

XII.

1212, 26 Aprile

Gentile di Ottaviano Signore di Casteldilago rinnova la donazione di quel dominio e la sua sotto-missione a Spoletis (1).

In nomine domini Amen. Anno dominice Nativitatis Millesimo Ducentesimo duodecimo, Residente Domino Innocentio pp. tertio, et Imperatoris Ottonis Sacratissimi Augusti et imperii ejus anno tertio, Indictione quintadecima Sexto Kalendas Maii, hoc quidem tempore Ego Gentilis de castello de lacu quondam Octaviani filius non vi, non metu nec dolo inductus, sed mea propria et spontanea voluntate titulo donationis inter vivos, do, trado, restituo, reddo atque in perpetuum concedo Civitati et populo Spoletano et tibi Jacobo de Malanocte Camerario Civitatis Spoleti recipienti nomine predictae Civitatis et populi, et nomine Consulium ipsius Civitatis pro ipsa Civitate seu domini Thome huguicionis, domini Saracenj bonifatij, et domini Thome Grimaldi totam terram meam quam nunc habeo et in futurum, deo

volente, acquirere potero, cum omni jure in his mihi competente, videlicet castrum lacu et Roccam de Sacrato cum omnibus pertinentiis [pag.219] suis scilicet cum vassallis, hominibus, jure et usu consuetudinario super hominibus et serviis hominum et omni jurisdictione cum terris, vineis, silvis, montibus, planis, passuis, aquarum cursibus, molendinis cum ponte, pedagio cum omni jure patronatum Ecclesiarum et aliorum locorum ad religionem spectantium; et cedo et mando omnia jura et actiones reales et personales et exceptiones quecumque pro his et in his mihi competunt. Que omnia concedo et trado, quieto, remitto, atque refuto te predictum Jacobum Camerarium corporaliter investendo nomine predictae civitatis absque nulla mea, meorum heredum reservatione, et renuntio omni juri et actioni contra hoc mihi competenti seu etiam competituro, et specialiter renuntio illi legi que non habet ratam donationem factam ultra quingentos solidos sine insinuatione, quibus promitto me nullo tempore usurum, et promitto quod quicquid Ego habeo et in futurum tenebo et nunc teneo et quamcumque possessionem sive supradictas res sive aliquid de supradictis rebus quod Ego tenebo et possidebo nomine predicti populi et civitatis Spoleti ipsum populum ministerio meo possessorem faciens. Preterea do et in perpetuum concedo personam meam et filiorum meorum et ex nobis nascituros in perpetuum predictae Civitati et populo, ponendo nos sub servitio et protectione civitatis predictae. Pro his omnibus recipi a te jam dicto camerario nomine Civitatis et consulum supradictorum lauechil, idest quod mihi bene complacuit; Unde obligo me meosque heredes tibi Jacobo prenominato Camerario ipsius Civitatis recipienti nomine Civitatis et populi Spoleti si fraudem vel colludium feci vel molestiam fecero, vel contra omnes homines legitime non defendero vel nolueram vel non potuero, aut aliquid inde fuerit evictum, vel contra hanc cartam in aliquo venire temptavero, promitto tibi Jacobo stipulanti nomine Civitatis predictae penam Mille Marcarum argenti, et pena soluta, hec omnia in sua firmitate durent, hoc acto ut utrumque cum effectu debeat et peti possit, et hec pena totiens committatur quotiens contra tenorem hujus instrumenti vel a me vel ab aliquo heredum meorum fuerit in aliquo factum. Actum in palatio castelli de lacu die prescripta. Nos Rollandus petri baroni, Petrus gentilis ade rustici, Transaricus spononi, Xptianus Sinibaldi consiliarii Civitatis Spoletane, Cittadonus petri baroni, Meianus, Egidius nepos ejus, Rainalducus phylippi, benencase cives spoletani, Ugolinus de gisa, Johannes pervir; regimentum (*sic*) de castro lacus, Abbassamons brunamontis, presbiter Oddo de Collestacti et Nicolaus de Interampne his omnibus interfuimus et in hac carta rogati testes sumus. [pag.220]

Ego Jacobus Caldararius iudex et notarius rogatu predicti Gentilis hoc instrumentum complevi et scripsi (2).

(1) Reg. fogl. 3, e fogl. 76.

(1) Nello stesso giorno messer Gentile faceva ai medesimi Consoli e Camerlengo e per essi al Comune, cessione dei suoi diritti sopra il castello di Perocchio: *queto* (diceva) *refuto atque remitto quidquid olim mihi pertinuit in castro Peruchi et toto territorio, curia et pertinentiis suis, quod castrum nunc possidet populus Spoletinus corporaliter etc.* e seguita con le consuete remissioni d'ingiurie che egli e i suoi potessero aver ricevuto dal comune, e cedendo ogni ragione ed eccezione che allora gli competesse, o che per lo passato gli fosse potuta competere sulle cose cedute.

Questa cessione si trova registrata a carte 158 d'un gran libro di 243 fogli in pergamena conservato dal Comune di Spoleto, nel quale libro gli Atti sono ordinati non per date, ma secondo i luoghi a cui spettano, e porta in fronte questa epigrafe: - *Hoc est INVENTARIUM, scriptum et factum per me Thomam magistri Luce notarium infrascriptum, actorum, scripturarum, instrumentorum ad Comune Spoleti spectantium extractorum copiatorum prout infra patebit de libris et tam ex originalibus quam copiis, quam etiam copiis copiarum prout in uno quoque ipsorum plenius apparebit.*

Nello stesso libro (fogl. 158, e seg.) trovasi trascritto un atto di possesso (*apprehensio et adterminatio*) delle terre di Perocchio, del 1 di aprile 1293 *tempore Apostolice Sedis postore vacante Ind. VI et tempore Dñi Cavalcantis de panicis de Luca potestatis Spoleti et Dñi Bini de Montepulzano Capitanei Communis et populi supradicti.* L'*adterminatio* et *apprehensio* era fatta dallo stesso capitano, da Simone di Fidenza e Landrino di messer Barattale consoli, e da Angelo Monei e Tommaso di Nicola anziani, ed è scritta dal notajo Angelo di messer Benedetto. Contiene l'inventario di ben sessanta pezzi di terra con l'indicazione dei detentori e cultori, confini e produzioni di ciascuna. I vocaboli delle dette terre possono dar lume a determinare la incerta situazione di quel castello che si vedrà più volte nominato in questo libro, e nella storia.

XIII.

1213, 20 Marzo

Landrino, Fiilippo, Egidio e Ascarello nobili di Clarignano cedono al Comune suddetto le loro ragioni sul castello e sulla torre di quel luogo. (1)

Anno domini MCCXIII, tempore dñi Inocentij pp. tertii, die XII exeunte martio. Indictione prima. Hoc quidem tempore Ego Landrinus, Philippus, Egidius et Ascarellus de Clarignano [pag.221] nostra plana et spontanea voluntate vobis dominis Symoni, Petro transarici, Munaldo transarici, atque Bonajonte oderisij, consulibus civitatis Spoleti existentibus et pro ipsa civitate et comunitate ipsius recipientibus titulo donationis inter vivos et inrevocabiliter damus, donamus atque tradimus et in corporali possessione nedum pro ipsa civitate et comunitate ipsius inducimus castrum Clarignanum et turrem ipsius castri, atque restituimus quicquid unquam comunitas Spoleti quondam in his habuit vel habere dignosceretur. Item quodcumque et quocumque dicta possessio ad nostras manus pervenerit, nos eam pro comunitate Spoleti tenebimus et precario possidebimus a vobis, promictentes facere guerram et pacem secundum quod a vobis vel a successoribus vestris nobis fuerit mandatum de personis et rebus contra omnes homines et spetialiter contra Trevanos. Similiter promictimus quod de cetero non stabimus in facto vel consilio quod ad factum perveniat ut comunitas Spoleti perdat dictum castrum et turrem nec aliquam aliam terram quam habet vel habebit in curia sua, sine fraude et dolo omnia predicta observabimus, renuntiantes in hoc omni exceptioni et beneficio reali et personali quod unquam a vobis, posset dici de jure atque consuetudine et opponi; pro quibus omnibus recepimus quod nobis bene placuit (2). Insuper obligamus nos nostrosque heredes vobis dictis consulibus et successoribus vestris in perpetuum omnia predicta observare bona fide sine omni fraude sub pena mille librarum lucensium pro stipulatione promissa, et pena soluta, carta firma permaneat, et ut hec omnia firma semper et in perpetuum illibata permaneant, tactis sacrosanctis evangeliiis juravimus omnia predicta observare et nullo tempore nec per nos nec per alios contravenire.

Ego Landrinus, Filippus, Egidius et Ascarellus hanc cartam scribi rogavimus.

Nos Aguramonte, Thebaldus de Jano, Oddo, Machabeus iudices, Petrus oddonis, Thoma ouiccionis, Outtianus tolomei, Rollandus petri Bonansegna johannis filippi, Tarabocto in hiis omnibus rogati testes sumus. Ego Johannes iudex rogatus in hiis omnibus interfui et scripxi.

(1) Il Documento è tratto dall'Inventario del notajo Tommaso di Maestro Luca fogl. 117.

(2) Il *nobis* si riferisce al Comune. È il *Launechil* espresso con la sola parafrasi latina.

[pag.222]

XIV.

1213, 16 Luglio

Diepoldo Duca di Spoleto dona condizionatamente ai Consoli di questa città il territorio trevano (1).

Anno domini millesimo ducentesimo XIII. tempore domini Ottonis imperatoris, die sexto decimo introeunte julio, Indictione prima, hoc quidem tempore, Ego Teupuldus dei gratia dux Spoleti mea plana et spontanea voluntate dono, trado atque concedo vobis consulibus Spoleti, scilicet domino Petro, Simone, Munaldo atque Bonajonte recipientibus pro Comunitate Spoleti totum teritorium Trevis et spetialiter turrim Collis Sancti Benedicti et castrum cum colle, Azzanum et Lapigium, Piscignanum, Clarignanum cum toto teritorio ipsorum et cum pertinentiis, hoc pacto et condictione in isto contractu apposito, quod ego dictus dux promitto vobis consulibus, nomine comunitatis Spoleti recipientibus, hinc ad finem proximi septembris venientis destruere castrum Trevis totum sine fraude et malo ingenio cum adiutorio tamen vestro. Que quidem si erunt in dicto termino facta, omnia predicta ad me libere

revertantur. Sin autem hoc factum non fuerit, ex tunc super predictis do, trado, atque concedo vobis dictis consulibus nomine civitatis Spoleti recipientibus castrum Litaldorum cum omnibus ipsius castrum pertinentibus, et de eo tenimentum trado et per vos precario retineo, dansque licentiam omnibus predictis uti et faciendi pro velle vestro. Item promitto et convenio in his adiuvere et manutenere comunitatem Spoleti et consules qui erunt pro tempore contra omnes homines, pro quibus omnibus recipi a vobis cum dicta extiterit conditio, pactum dictum et conditionem servari inlesa. Insuper obligo me et meos heredes ac meos successores vobis pro comunitate Spoleti recipientibus, vestrisque successoribus et promitto predicta observare, et de colludio et molestia non facere nec fecisse sub pena per stipulationem promissa mille marcharum argenti, et pena soluta, hec carta firma permaneat, renuntians in his omnibus exceptioni et auxilio et beneficio omni legali quod unquam a me posset opponi aliquo tempore. [pag.223]

† Ego dictus Tipoldus dux Spoleti hanc cartam scribi rogavi et, tactis sacrosanctis evangelis, juravi predicta observare et nullo tempore contra venire. Nos Simon beraldi, Borsichinus, Franciscus, Phyllippus, Johannes, Petrus henrici, Paganellus, Paulus, Jericho, Angelus notarius in his omnibus interfuimus et hujus rei rogati testes sumus.

† Ego Johannes iudex rogatus scripsi.

(1) Memoriale Comunis. fogl. 59 - Reg. fogl. 41.

XV.

1213, 6 Dicembre

Convenzione tra gli Spoletini e la Comunità dei Figli di Vicco (1).

NI. In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Sancti Spiritus adsit nobis gratia. Convenientia inter spoletanos et filios Vicci talis est; videlicet quod homines filii Vicci jurent super sancta dei evangelia commandamentum et commandamenta Spoleti et Consulum presentium et futurorum in perpetuum et submitunt se et territorium eorum jurisdictioni civitatis Spoleti et, postquam aliqui eorum reintrabunt terram eorum, facient jurare homines de districtu eorum facere omnia ea que in ista carta continetur sine omni fraude et dolo, similiter quod omnes jurent facere guerram et pacem ad sensum consulum Spoleti qui nunc sunt vel in futurum erunt. Item et quod senioria filiorum Vicci, sive illi vel ille qui erunt vel erit in capite filiorum Vicci, anuatim jurent conmandamentum seniorie Spoleti sicut in brevi continebitur ad quod jurabunt alij cives spoletani. Item et quod faciant quemlibet civem spoletanum eumtem per territorium eorum ire salvum et securum non recipiendo aliquid pro scorta vel guida, neque pro passadio. Item et quod tenebunt et adjuvabunt tenere senattam Episcopatus Spoleti ad utilitatem Civitatis Spoleti sine omni fraude. Item et quod omni anno apportabunt bonum cereum ad pondus viginti librararum cere in vigilia Sancte Marie de augusto pro honore Civitatis Spoleti, quem relinquunt apud Ecclesiam Sancte Marie, et quod ad onorem Civitatis et festi venient ex eis decem milites ad minus in ipso festo Sancte Marie. Item et quod [pag.224] omnes filii de Vicco, et omnes qui sunt de filij Vicci qui sunt in Fulgineo exhibunt de Fulgineo, et jurabunt hec omnia que in carta ista continetur, et hoc ad compellum et terminum consulum Spoleti sine omni fraude et dolo. Item et quod non facient treuguam neque pacem cum fulgineatibus, neque cum aliquo inimico Spoleti, aliquo modo vel ingenio nisi secundum voluntatem et preceptum seniorie Spoleti que nunc est vel in antea erit, sine fraude et dolo. Item omnes qui sunt filii Vicci, et omnes qui sunt vel erunt de districtu eorum jurent super sancta dei evangelia hec omnia que continentur in isto brevi observare et facere sine omni fraude ad purum et sanum intellectum †.

Ego Ugolinus rainaldi consul filiorum Vicci, nomine ipsorum filiorum Vicci et nomine communiantie Spoleti, promitto tibi Nicolao notario, stipulanti et recipienti nomine civitatis et comunantie Spoleti, hec omnia in perpetuum firma tenere et nunquam contra venire sub pena Mille librarum lucensium, quam Ego nomine filiorum de Vicco tibi Nicolao notario stipulanti pro comunantia Spoleti, promitto,

et pena prestita hec omnia firma permaneant. Preterea juravi supra sancta dei evangelia hec omnia semper firma tenere et nunquam contra venire, et hec omnia fieri rogavi.

† Nos Sevinus dñe Mabilie, Seguinus valterij, Guiducius mazzulini et Egidius benedictuci huic rogationi interfuimus et rogati testes sumus.

Et hoc actum est anno millesimo CCXIII tempore domini Innocenti pp. tertij et domini Octoni quarti Romanorum Imperatoris die vi intrantis dicembris. Indictione prima. Ego Nicolaus notarius his interfui et rogatus scripsi.

(1) Reg. fogl. 22, e fogl. 77. La comunità dei Figli di Vicco è Fossato, che ancora si dà il nome di *Fossato di Vicco*. Viene questa denominazione da un antico Signore che tenne quel dominio e vi lasciò una numerosa discendenza.

XVI.

1214, 25 Gennaio

Il Duca Diepoldo concede agli Spoletini la prelazione per il Colle Ravaliuso e per ogni altra parte del territorio trevano ch'egli volesse vendere (1).

In dei nomine amen, millesimo ducentesimo XIII, tempore Domini Innoc. pp. tertii et domini Ottonis IIII. romani [pag.225] imperatoris die septimo exeunte januaria, indictione secunda, hoc quidem tempore Ego Diobulduus dux Spoleti comes Asisii et Acerre promitto convenio et pactum fatio vobis Bursichino Collesii et Jacobo Petri Corvi consulibus et Jacobo Malenottis camerario Spoleti, et Rainerio Stephani recipientibus nomine Civitatis et Communitatis Spoleti quod non vendam nec obligabo nec aliquo modo alienabo turrim collis ravaliusu vel aliud territorium Trevii alicui quam vobis vel successoribus vestris si volueritis illud pro tanto quantum ab alio inde habere potuero sine fraude et dolo, minus ducentis libris lucentium et si voluero illud vendere aut obligare sive alio modo alienare, promitto quod compellabo vos vel successores vestros, et si volueritis dabo vobis pro tanto pretio quantum ab alio inde habere potuero sine fraude et dolo minus ducentis libris. Ego Diopulduus dux Spoleti comex Asisii et Acerre hanc cartam scribi rogavi. † Nos Simon Johannis Giliberti, Franciscus, Jacobus Rainerii, Jacobus Petri Rambroti, Palmerius Multamate, Egidius Malvardati, Transaricus Odonis rogati testes sumus.

Ego Nicholaus notarius hiis interfui et rogatus scripsi.

(1) Memor. Com. fogl. 66.

XVII.

1215, 16 Settembre

Bonafidanza di Ade di Lupone dà a coltivare a Salvo di Alberto una terra, che alla sua morte ricadrà al Monastero di San Concordio (1).

In dei nomine. Ann. ejus Millesimo Ducentesimo Quintodecimo tpr. Inn. et Ottonis imperatoris, et die Sextodecimo introeunte Septembris, indictione quarta. Hoc quidem tempore, [pag.226] Ego Bonafidantia Ade Luponis mea propria voluntate do, et concedo et trado tibi Salvo Alberti, tuisque heredibus jure pastinationis hinc ad viginti annos unam petiam terre cum introitu et exitu suo et sibi pertinentibus, absque ulla reservatione, excipio foveam cavandi lapides pro me et ecclesia Sancti Concordij, ad plantandam vineam, sepes et arbores, et ad ponendum murum in pede ipsius terre, que terra manet in ducatu Spoletano in vocabulo (2), vel si aliud nomen ibi dicitur, et manet juxta viam, tenimentum Consilij Nycolai Baldangi, et tenimentum uxoris Raynaldi Egidij; quam vineam promitto tibi ficcare per me primo anno si vixero, alioquin faciet abbatissa predicte ecclesie ad quam revertitur post mortem meam; et promitto

tibi facere tecum pro medietate cassinam et canales, et dare viginti solidos lucenses pro pastinatione. Et ego Salvus promitto tibi omni anno reddere medietatem omnium fructuum quos dominus mihi dederit in vita tua, et post mortem, ecclesie predictae, et medietatem musti mundi et aquaticij, promitto deferre ad domum tuam aut prefate ecclesie, et dare conmessonem omni anno tempore vindemiarum uni persone, aut sex lucenses loco conmessonis pro qualibet canali quod eveniet tibi aut dicte ecclesie pro parte, et reddere predictam vineam fictam, pro dicto termino transacto. Et cassinam et canales pro medietate facere promitto; unde recepi a te xx s. luc. per pastinationem, renuntians exceptioni pecunie non numerate. Et ego Bonafidantia obligo me, meosque heredes tibi tuisque heredibus de fraude, colludio, molestia, evictione legitime defendere, et hec omnia observare sub pena trium librarum luccensium tibi per stipulationem promissa, et post penam, hec omnia rata permaneant; quam penam ego Salvus tibi simili modo promitto. Ad hec ego Massaia abbatissa predictae ecclesie, his presentibus et consentientibus mihi domina Aimildiana, Sophia, Verera, Tabita, et Johanne consociis meis, hiis omnibus consensi promittens omnia predicta observare et adimplere. J. pp. iij. (3). [pag.227]

Nos Bonafidantia, Massaia et alij consocij ejusdem domine et Salvus prefati hanc car. ita scribi rogavimus.

Nos Valterius Munaldi, Ugolinus de trevio et Thomas de Stame fuimus testes in hac car. rogati Ego Berardus not. rog. scripsi.

(1) Carta originale presso di me. - Narrano che un oriulajo inglese comperasse a piccolo prezzo un albero sotto la cui ombra era solito assidersi Guglielmo Shakespeare, e che ne facesse tabacchiere le quali, non avendo il valore d'uno scellino, furono vendute persino una lira sterlina, tanto pregio dava a quel legno la memoria del poeta. Così questa semplice carta privata acquista una certa importanza perchè si riferisce alla Basilica di S. Concordio presso Spoleto salita a grande celebrità fra i monumenti delle Antichità Cristiane. Ogni cosa, per piccola che sia, che in qualche modo riguardi così insigne monumento, non deve essere dimenticato. - Vedi VIANI P. BONAVENTURA, *Memor sulla chiesa del Crocifisso* etc. (nell'annuario dell'Accad. Spoletina 1860.) - Hubsch, *Monuments de l'architecture chrétienne depuis Costantin jusqu'a Charlemagne Paris 1866 p. 3 pl. VI. n. 15. 17.* - DE ROSSI *Bollett. d'Archeol. Cristiana An. 1871.*

(2) Lacuna nell'originale.

(3) Converterà leggere, quantunque sembri fuori di luogo, *Innocensius Papa Tertius.*

XVIII.

1216, 28 Giugno

Lega per dieci anni tra Spoleto e Rieti (1).

In nomine Domini amen. Nos Paulus vicarius Domini Andriociti Potestatis Reatine pro nobis et ipsa potestate et pro omnibus Reatinis promittimus et juramus vobis Thome Grimaldi et Nicolao Stulti consulibus Spoleti pro vobis et omnibus Spoletanis, salvare guardare personas et res vestras et omnium spoletanorum pro totam fortiam nostram sine scorta et pedagio. Et promittimus vobis cum tota fortia nostra juvare vos in toto comitatu et episcopatu vestro vestris redditibus et expensis contra omnes et spetialiter contra interampnenses ad petitionem vestram bona fide et sine fraude, excepto Castro luci contra quod non teneamur vos juvare, immo teneamur vobis eidem castro consilium vel juvamentum non prestare, neque illis qui tenent ipsum castrum. Et hec ideo promittimus vobis quia vos nobis eadem per omnia promittitis in toto Comitatu et Episcopatu Reatino, contra omnes et spetialiter contra Berardum et Matheum de Lavareta, salvo sacramento societatis quo tenemini Narniensibus in comitatu Narnie, et salvo sacramento societatis quo teneamini nobis in comitatu nostro, et salvo sacramento quo tenemini Machilonensibus (2) usque ad duos annos, et propter quod personas et res Fortibrachie cum sit Reatineorum salvare et guardare non tenemini quousque perveneritis ad concordiam cum eo; salva in omnibus fidelitate domini Pape et Romanis hinc inde predictis exceptis. Et hec omnia observabimus hinc ad decem [pag.228] annos. Acta sunt hec in Civitate Spoleti in Ecclesia Sancti Hysac (3). Anno Millesimo Ducentesimo Sexto decimo, Indictione quarta, die tertio exeunte junio, tempore Domini Innocentij pp. tertij presentibus Sinebaldo Crescentij, Martino monachi, et Rainaldo johannis romani

civibus reatinis, Xptiano sinibaldi, Uguiciono rainaldi et Gerardo oddonis civibus spoletanis ad hoc spetialiter vocatis et rogatis testibus.

Item postea apud Civitatem Reatinam coram me notarius et testibus infrascriptis CCCXL homines de eadem civitate quos elegit Reatina Potestas et dictus Nicolaus Spoleti consul tam de maioribus quam de populo, quorum nomina singulariter scripta sunt in alio instrumento publico facto per manus mei notari, juraverunt per sancta Dei evangelia omnia que continentur superius in hac carta societatis et promissionis facte inter Spoletanos et Reatinos observare bona fide sine fraude. Post hos omnes Roboam in anima totius populi Reatini per sacrosancta Dei evangelia juravit populo presente et percipiente omnia que superius scripta sunt observare bona fide et sine fraude et contra non venire.

Ego Angelus Spoleti curie notarius, mandato et rogatu Domini Andriocti Potestatis Reatine et domini Pauli ejus vicarij et voluntate populi, hec omnia scripsi et publicavi et in hiis omnibus interfui. Acta est hec publicatio in Contione Reatina, presentibus dicto Nicolao consule Spoleti, Petro Gentilis, Henrico petri corvi, Valiento Julii et aliis pluribus.

(1) Reg. fagl. 41 fagl. 77.

(2) Vedi MICHAELI, Memorie Reatine Doc. V.

(3) Ora S. Ansano.

XIX.

1217, 11 Maggio

L'Abate e i Monaci di Ferentillo ricevono in custodia dal Podestà di Spoleto il Castello e la Rocca di Sacrato (1).

Al. In nomine domini, anno Millesimo CCXVII, die XI introeunte madio. Indictione v. Dompnus T. Abbas Monasterij Sancti Petri de Ferentillo, presente et consentiente dompno [pag.229] Angelo preposito ejusdem Monasterij et dompno Transarico monaco, plena bona et mea voluntate una cum eo recipientes in cura et custodia castrum Sacratum et roccam Sacrati a Dño Jacopo Johannis Capucii Spoleti Potestate et Populo Spoletano, promittimus tibi dño Jacopo Spoleti Potestati pro Nobis et successoribus nostris perpetuum tibi domino Jacopo Spoleti potestati et tuis successoribus omnibus qui presidebunt in hac Civitate, et toti populo ad contionem coadunato tenere in custodia cura et manutenere predictum castrum Sacrati et Roccam cum omnibus tenimentis ac possessionibus et adiacentibus eisdem ad honorem Dei omnipotentis et Beati Petri et ad comunem honorem et utilitatem comunantie Spoleti, que castra promittimus retinere et custodire ac possidere nomine comunis Spoleti, et ut vos inde recognoscamus in presenti damus, et anuatim circa Kalendas madias dare promittimus dicte comunantie unum vesillum sive confanonem; et quocumque tempore comunantia Spoleti repetierit, volens ad se retinere, dictas fortitias, teneamur reddere ad hoc ut non perveniat ad manus inimicales Monasterij jam dicti. Item promittimus alios monacos facere consentire predictis. Item promittimus vobis facere per dictum Castrum et Roccam et per omnia alia Castra Monasterij nostri facere guerram et pacem inimicis vestris ad preceptum vestrum et Seniorie que erit per tempora in Spoleto. Et promittimus omnes homines nostri monasterij in partibus nostris silicet in montanis facere jurare anuatim precepta vostra et successorum vestrorum qui erunt in Civitate per tempora. Item promittimus omnes nostros successores ejusdem monasterij Abbates post nos venientes publicis instrumentis vestris in populo Spoleti, et populo cavendo eidem facturos et observare juraturos. Hec omnia supra scripta pro nobis et successoribus nostris vobis et successoribus vestris et comuni Spoleti sine dolo et fraude promittimus observare, sub pena promissa mille marcharum argenti. Renuntiantes omni juri et legum auxilio et rationis beneficio ac clericali privilegio spetialiter, renuntiantes conventionem et promissionem et remittentes quamcunque Judex, dñs P. et consilium conciliariorum et Nicolaus Actor pro comunantia Spoleti Nobis fecisse dicuntur, quod nullo tempore eam utemur nec eam opponemus sub eadem pena predicta.

Testes Munaldus comitis transmundi, Todinus domini arronis de rulino, Matheus de Macerino,

Doplerius benencase, Corradus spoleti benencase, Paulus baractalis, Rainerius bonaionte, Rainaldus Thome, Simon johannis, Robertus Ay, Leonardus angelice, Johannes petroni, Bonafidantia filius ale [pag.230] xij, Jacobus rambrocti, Arricus mataline, magister Tebaldus, spoletus Ade pentraveni.

Ego Albertus Imper. Fred. auctoritate, et nunc domini Leonardi potestatis Spoleti notarius, jussu et decreto dicte potestatis scripsi et exemplavi in Millesimo ducentesimo tricessimo primo, indictione IIII. die Mercurij v. introeunte novembre, presentibus domino Ubertino de romana et domino Raimundino civibus Mutine judicibus et assessoribus Potestatis jam dicte et Guido Bonus scotti.

†

ejusdem notarii. Factum in palatio comunis in Civitate Spoleti.

(1) Reg. fogl. 23, e fogl. 78

XX.

1217, 23 Settembre

Il podestà Giovanni Capocci concede agli uomini di Vallo il poggio di Flezano per edificarvi e abitarvi un castello sotto la dipendenza di Spoletto (1).

In nomine dñi Amen. Hec est copia cujusdam instrumenti publici, et scripti manu Angeli notari olim curie Civitatis Spoleti not. cujus instrumenti tenor talis est.

In nomine domini Amen. Anno Millesimo ccxvii, indictione quinta, die viii exeunte septembri, tempore domini Honori pp. iii. hoc quidem tempore Ego Jacobus Johannis Capocii Spoleti Potestas nomine Comunis et Civitatis Spoleti do et concedo vobis dompno Benedicto Donadej, Borro Ademandj, Offreduccio m. g... gie et Fantolino Germani [pag.231] recipientibus nomine vestro et omnium hominum de Valle habitare volentium nunc et in futurum in podio Flezani, podium Flezani ad habitandum et castrum costruendum ad honorem et reverentiam Comunis et Civitatis Spoleti, recipio vos et vestra et omnium in eodem Castro habitantium nunc et futurum sub protectione et defensione Civitatis Spoleti, promicto a vobis et habitatoribus ejusdem castri aliud servitium quod inferius scriptum est et vos promisistis, non petere vel exigere, unde vos pro vobis et universis hominibus qui nunc veniunt et in futurum venient ad habitandum in eodem podio sive castro Flezani, promisistis mihi et meis successoribus recipientibus nomine Civitatis Spoleti castrum predictum Flezani ad honorem et reverentiam Civitatis Spoleti, et per ipsam civitatem tenere, et anuatim dare mihi seu meo successori nomine civitatis qui erit per tempora per unumquemque focularem xxvi. lucenses pro fodero, et in festo Sancte Marie agusti unum cereum x librarum cere, et facere parlamentum et esercitum, et esercitus peditibus et expensis prout voluerit Senioria civitatis Spoleti que erit per tempora et et in omnibus quibus poteritis custodietis et salvabitis homines civitatis Spoleti et res eorum ut proprios dominos, Et facietis in ipso castro quamdam domum sicut utitur in locis illis, in qua domo cum dominus sive domini Civitatis Spoleti sive eorum nuncii transiverint modo, aut eis libuerit ibi hospitari, maneant in eadem domo, et vos de Castro facietis eis expensas. Item pacem et guerram facietis omnibus hominibus sicut placuerit Seniorie Civitatis Spoleti que erit per tempora. Senioriam quam eligeritis pro ipso castro, sive de castro, sive de civitate eligetis et non aliunde, que si Seniorie Spoleti placuerit confirmabit, sin autem eligetis aliam quousque Seniorie placuerit et eam confirmabit. Item promisistis hec omnia facere confirmare et rata haberi ab omnibus habitatoribus presentibus et futuris ejusdem castri cum religione sacramenti. Et anuatim cum sacramento hec omnia reconfirmabitis ad preceptum et requisitionem Seniorie Spoleti que erit per tempora, et in hiis omnibus de comuni voluntate nostra et vestra excepimus universos habitatores Civitatis Spoleti qui sunt de predicto loco tam presentes quam futuros qui venire voluerint in civitate Spoleti quibus volentibus plene liceat venire et habitare in civitate Spoleti, et predictis promissionibus non alligentur nec ipsi nec sua. Item promisistis dare Camerario sive Seniorie Spoleti medietatem salarii et bannorum ejusdem castri et hominum ibidem habitantium. Insuper Ego predictus Jacobus pro me, meisque successoribus [pag.232] nomine Comunis Spoleti promicto vobis super

nominatis recipientibus nomine vestro et omnium hominum ejusdem castris presentium et futurorum perpetuo predicta omnia observare que de me nomine comunis Spoleti superius scripta sunt et nullo modo contravenire sub pena centum librarum lucensium promissa, et pena soluta, hec omnia firma permaneant, et vos pro vobis vestrisque successoribus et pro omnibus ejusdem castris et eorum heredibus promisistis mihi meisque successoribus recipientibus nomine comunis Spoleti predicta omnia observare et non contravenire sub pena centum librarum lucensium promissa, et pena soluta hec omnia quo de vobis scripta sunt firma permaneant. Pro qua pena et predictis omnibus observandis vos et vestra omnia civitati Spoleti obligastis et dedistis et supposuistis, et ea cum predicto castro a me nomine comunis Spoleti precario ratinetis adveniente conditione licite possit ipsa civitas et quisquis erit pro ipsa, capere et tenere pro pena et pro omnibus predictis faciendis, quod dictum est, et sic ad evangelia dei jurastis observare et facere ab aliis observare.

Ego Jacobus potestas hanc cartam scribi rogavi. Nos dompnus Benedictus, Borro, Offreducius, Fantolinus hanc cartam scribi rogavimus. Nos Petrus Gentilis, Jacobus Zachei, et Benintendi Tancredi camerarius comunis rogati testes sumus. Item III die exeunte septembri Petrus Gentilis, Jani de petru ..., Matheus offreducij, Munaldus comitis Trasmundi consiliarii civitatis predictis omnibus consenserunt. Item die XII ineunte novembri coram Jacobo Zachei, Petrino jacobj, et Rainaldono bonafidantie, Transaricus ratti, Transaricus petrinj, Petrus Lecalossis, Petrus rainerij, Petrus teberti, Robertus alexandrij Lucas alberti, Fredericus thome, Bartolus bonifatij, Albertus vafredi, Jacobus ormantij et Trasmundus consiliarij civitatis et potestates predictae predictis omnibus consenserunt.

Ego Angelus Spoleti curie notarius hiis omnibus interfui, et predictorum omnium rogatus, hec omnia scripsi et publicavi.

Et Ego Jacobus Paulitti de Castro Vallis, imperiali auctoritate notarius prout inveni vidi et legi in dicto originali nil addens vel minuens fraudolenter quo ipsius originalis tenor possit aliquanto vitari, non forte punctum vel sillabam per errorem, ita hic de verbo ad verbum fideliter exemplavi et de licentia mandato et auctoritate providi et discreti viri Palicti Johannis vicarij dicti castris scripsi et publicavi, qui suam et dicti comunis Vallis auctoritatem interposuit et decretum, ipso pro tribunali sedenti in platea porte magne dicti castris [pag.233] sub Anno dñi Millesimo CCCXL, indictione VIII tempore domini Benedicti pp. XII et die XXVIII mensis octubris presentibus Petro Raynaldi et Angeluccio Varnerij notariis audientibus et ascultantibus hoc exemplum cum predicto originali testibus ad hoc vocatis et rogatis etc.

(1) Pergamena da me rinvenuta, e riposta nell'Archivio del Comune, a cui evidentemente appartenne. Vallo è un luogo nella Valnerina; e nell'antico processo che io pubblico sotto il n. 31. si troverà il ricordo della fondazione di Flezano. Cosicché le parole *Instrumentum Ferinzole* che si legge sul dorso della pergamena non è che un errore.

Avverto il lettore che io non posso qui indicare il luogo ed il numero d'ordine delle Carte dell'Archivio Comunale, perchè per i cangiamenti eseguiti non si può più fare uso dei numeri vecchi, e la nuova numerazione è tuttavia sospesa per la speranza di acquistare altre carte. Ma innanzi che questa collezione sia portata a termine, i nuovi numeri saranno definitivamente fermati, ed io potrò porre in fine della medesima un indice ove si vedranno notati.

XXI.

1218, 20 Luglio

Capitolazione con cui Bonifazio di Ugolino di Bonconte e alcuni altri si obbligano di servire Spoletto e Narni sino alla fine della guerra con Todi ⁽¹⁾.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis, Anno dñi Millesimo ducesimo XVIII tempore Honorii pp. tertii, die XII. exeunte julio, Indictione VI; hoc quidem tempore Ego dominus Bonifatius Ugolini Bonicomitis pro me et Bonocomite, Clario, Capitaneo, Rainucio, Ufriducio et Benencasa, promitto vobis domino Saraceno Vivieni spoletanorum potestati et Luce Camerario recipientibus nomine Comunis Spoleti ac Narnienses ⁽²⁾, quod Ego cum dictis personis erimus ad equos et arma in servitio Civitatis Spoleti et Narniensium, et audire et facere precepta et mandata utriusque civitatis prout potuerimus

tam de guerra quam de aliis prout precipere placuerit, preterquam non debeamus aliquam datiam, et habitare in Narignia ⁽³⁾ et Spoletum cum dictis personis et familiaribus nostris usque ad guerram finitam inter nos et Tudertinos, et faciemus vobis curam pro his omnibus observandis sine fraude, unde vos promisistis nomine comunis Spoleti dare unicuique nostrorum cum Narniensibus XX libras lucensium et expensas congruas de rebus omnibus necessariis pro totis nostris familiis morantibus Spoletum, vel alibi ubi vos precipietis nos esse, et hoc sunt que dare promisistis nomine comunis Spoleti pro VII personis ad equos et arma et aliis personis in nostra fa [pag.234] milia usque in XXII personis per medium silicet pro unaquaque persona in anno VII raseria grano ad narg[~] ⁽⁴⁾, et pro XI personis in anno VI caria musti mundi, et pro omnibus aliis expensis in anno pro XI personis quinquaginta libras lucensium, et uni dominorum unam gunellam, et pro v. equis pro uno quoque in anno LXX raseria spelte ad narg[~] ac domum competentem cum massaritiis necessariis ad reponendum vinum et bladum. Et dabitur centum saumas lignarum in anno, et quinquaginta saumas ⁽⁵⁾ palee. Et dictas omnes expensas dabetis hinc ad festum omnium Sanctorum, et ita omni anno. Et unicuique nostrorum peditum XL solidos lucenses, quos ducemus voluntate Potestatis et Consilii pro adiutorio armorum, et expensas soprascripto modo. Et si finem feceritis cum Tudertinis mittetis nos omnes in ipsa fine si poteritis, et si non possetis vel non velletis, hec omnia nobis observabitis donec finem habebimus cum Tudertinis.

Item si capiemus aliquem de Tudertinis vel eorum comitatus vel de sua fortia quidquid consequi inde potuerimus et habere usque in decem libras, et a decem libris infra sit nobis preceptum, a decem libris supra comuniter participabimus vobis per medium ab uno denario usque in maiore quantitate que esset. Et predictorum quam nos faciemus cum sociis nostris sine cavalcamento comunis habebimus precipue, sed si aliquis veniret de Spoletum vel Narnie, dabimus partem sicut uni nostrorum si cum communia erimus in vestro mandato.

Item si caperentur tam a nobis quam a vobis et fortia vestra nostri homines vel olim nostri homines affrancati a Tudertinis, sint nostri et in nostro mandato et hoc credatur nostro sacramento.

Item, si sinistro casu obveniente, nos essemus capti a Tudertinis et fortia sua, nos et illi qui nobiscum essent, habeatis illam vitam et mediam sicut alicui de Spoletum vel per cambium vel alio modo.

Item modus expensarum sit ut dictum est a principio [pag.235] usque in fine dum hec promissio et materia durabit. Stablamonis desuper sit salvum a comuni vestro pariter et fortia, id est quod non offendetis nisi illi de Stablamone facerent contrarium, et si nos vellemus auferre de eorum rebus sit nobis licitum, et vos dabitur adiutorium et consilium sine fraude. Et si vellemus extra has VII personas habere nobiscum usque in viginti milites vel filios militum ad equos et arma de Tuderto vel comitatu erunt in hac promissione et conditione; et redditam equorum quantitatem sicut continetur in constituto facietis infra tres menses postquam equi morarentur. Et ista omnia ut ponatur in constituto tractabilis et ut observentur a futuris dominis de Spoletum bonafide sine omni fraude dum hoc factum durabit.

Item nos salvabimus et custodiemus personas et res spoletanorum et narniensium posse nostro sine fraude, et non offendere sed iuvare.

Item non recipiemus admodo in antea de Tuderto nec comitatensibus ⁽⁶⁾ in fidantia; et ita promitto Ego dictus Bonifatius me ita facturum quod dicte persone hoc firmum et ratum habebunt sub pena centum marcarum argenti vobis stipulantibus a me promissa recipientibus nomine comunis Spoleti et Narnie, qua soluta, omnia suprascripta firma permaneant; et ita bona fide sine fraude juravimus ad sancta dei evangelia omnia suprascripta adtendere et observare et firma tenere et non contra venire. Unde Nos dicti Potestas et Camerarius nomine Comunis Spoleti promittemus omnia suprascripta observare sine fraude sub pena centum marcarum argenti tibi Bonifatio, recipienti nomine tuo et sociorum, promissa, qua soluta, hec omnia firma permaneant; et ita bona fide sine fraude juravimus ad sancta dei evangelia omnia suprascripta firma tenere et observare et non contra venire. Insuper nos Nicolaus stulti, Jordanus iudex, Thomas stephani, Rainalducus berarducii et Marcus Spoleti consiliiarii, et Paganellus, Petrus oddonis, Nerecus Valglete, et Alifans quibus hoc placuit his omnibus consentimus et ita ad sancta dei evangelia juravimus omnia suprascripta adtendere et bona fide observare et contra non venire.

Nos dominus Martinus de Diruta, Ufreducius rainaldi, vidocci danensis de Diruta, rogati ab utraque parte, testes sumus. [pag.236]

Ego Rainalos notarius et nunc comunis Spoleti ad omnibus suprascriptis rogatus scripsi ⁽⁷⁾.

(1) Reg. fogl. 26 e 79.

(2) Così. Il primo esemplare ha *Narnigenses*

(3) Narnia.

(4) *Raserium*, *Raseria* e altrove *rasenga* misura pe' cereali, che prendeva forse il nome dall'esser rasa. Era usata in più luoghi dell'Umbria. Il chiaro Marchese Giovanni Erolì di Narni, a cui io chiedeva notizie intorno a questa misura, mi diceva che la soma antica narnese essendo composta di due raseri, e la soma che porta oggi un cavallo essendo di 4 quarti, ossia un sacco di grano, non era lontano dal credere che il raserio in grano pesasse 160 libbre.

(5) Voce corrotta tra la *salma* latina e la *soma* italiana.

(6) Piccolo spazio nell'originale.

(7) Questo Atto è seguito da altro istrumento del 5 agosto di quell'anno per mano dello stesso notaio Rinaldo onde Clario, Capitano e Bonconte di Ugolino di Bonconte, ratificavano le promesse fatte da Bonifazio (Reg. fogli sopraccitati).

XXII.

1221, 11 Luglio

I Cerretani si sottomettono a Spoleto (1).

In nomine dñi amen, Anno Millesimo ducentesimo vigesimo primo, tempore Honorij pp. tertii et dñi Frederici Imperatoris Secundi, et die xi intrante julio, indictione nona, hoc quidem tempore Ego Berardus iudex syndicus, constitutus a dño Jacobo petri corvi potestati Cerreti et a domino Letone Camerario comunis Cerreti, et plebano plebis alve et doño Berardo de rocca et a Mercede tertii et ab Ansvino ardengi et doño Letone rogerii, et Rainaldo de Muniano, et Saccente belluardi et Jonte gilette, et a Nicolao munaldi, et a doño Johanne de Sellano et Ruberto accursii consciliariis ejusdem castri, et ab universo populo cerretano in eorum contione. Et Nos Berardus syndicus comunis Cerreti et Jacobus petri corvi potestas Cerreti, et doñus Leto camerarius ejusdem castri, et plebanus plebis alve, et doñus Berardus de rocca, et Mercedus tertij, et Ansvinus ardengi, et doñus Leto rogerii, et Rainaldus de Muniano, et Saccentus belluardi, et Jonta gilette, et Nicolaus munaldi, et doñus Johannes de Sellano, et Rubertus accursii consciliarii ejus [pag.237] dem castri, electi a populo Cerreti nostra propria et spontanea voluntate pro comodo et utilitate comunis Cerreti, pro nobis et successoribus nostris promittimus tibi Zacharo pivini Sindico constituto et electo a populo spoletano ad hoc recipiendum, recipienti nomine totius comunantie Spoleti promissiones istas, silicet quod promittimus deferre anuatim Spoletum unum cereum quadraginta librarum cere in festo Sancte Marie de augusto quod alia vice promisimus, et promittimus salvare spoletanos et vardare res eorum per totam nostram fortiam sine omni fraude, et promittimus dare tantummodo hoc anno in festivitate Omnium Sanctorum cc libras luccensium, et dare anuatim in ipsa festivitate xxvi luc. per quemlibet focularem et omni anno accipere senioriam a Comuni Spoleti et facere ostem, verram et parlamentum ad compellum seniorie Spoleti, et facere unam domum ligneam in Cerreto ad honorem Comunis Spoleti in qua possimus recipere potestatem et ejus nuntios cum expensis cerretanorum, et apponemus vel faciemus apponi in breve ad quod jurabunt homines de Cerreto quod jurabunt precepta seniorie Spoleti. Pro quibus promissionibus confitemur nos omnes supradicti nomine comunis Cerreti recepisse a te Zacharo sindaco et consciliario et a doño Thoma Grimaldi potestati Spoleti et Nicolao stulti camerario ejusdem civitatis et a Jacobo Centrone et Ofreducio de ponte et a Jacobo Calderario iudicibus Comunis Spoleti et Girardo oddonis et Matheo cleope et Manente berarducci et Litigante bernardi et Palmerio multamate et a Jacobo mathei transarici et Henrico rogerii et Johanne dñe Marie, et a Zacharia johannis rogate, et Petro gentilis et Egidio malvardati et Phylippo rubey conciliariis a Populo Spoletano electis promissiones istas, scilicet adiuvere homines comunantie Cerreti et totam comunantiam manutenere et substinere de nostris rationibus et bona consuetudine contra Pontanos et contra alios cum quibus habent verram vel habebunt ad sensum seniorie, curie, concilii totius vel majoris partis Spoletane Civitatis bona fide sine omni fraude, et cum expensis Cerretanorum et ad redditam cerretanorum secundum quod fit Spoleti pro comunantia, excepto si comunantia propter eorum factum iret in exercitum, quod cerretani tunc non teneantur facere expensas neque redditam. Eo salvo quod si aliqui cum quibus habent vel habuerint verram

cerretani, vellent esse ad preceptum curie et seniorie et consilii Spoleti, et cerretani nollent esse ad preceptum seniorie et curie Spoleti, spoletani non teneantur eis de predictis aliquid observare. Que omnia supradicta nos Berardus iudex et syndicus et dictus potestas [pag.238] Cerreti, et predictus camerarius et iudicatus consiliarii iuravimus firmiter ad sancta dei evangelia observare et non contra venire sub pena dupli tibi per stipulationem a nobis promissa pro comune Cerreti, silicet duplum cc marcarum argenti, qua soluta, hec carta firma permaneat. Insuper Ego Viducius baiulus comunis Cerreti, in contione, pro comune Cerreti iuravi idem quod supradicti, omnibus clamantibus et aliquo non contradicente. Nos omnes supradicti hanc cartam scribi rogavimus. Insuper nos omnes pro nobis et successoribus nostris omnia supradicta promittimus firmiter observare et non contravenire sub pena predicta, qua soluta, hec carta firma permaneat. Nos Jacobus petri corvi, Zacharus pivini, Matheus rainaldi sinibaldi, Gregorius johannis, Rainucius mercedis, Gualterius corradi, doñus Transaricus domesticus, Berarducius gregorii, Ugolinus alexij, Rainaldus sopoli, Bosus de Frigino, Thebaldus marzoni, Thomas gerardi, rogati testes sumus.

Ego Transaricus not. rogatus scripsi.

(1) Reg. fogl. 5. - Memorial. fogl. 54. - Hanno varianti, ma solo ortografiche. Vanno in compagnia di questo altri due atti.

1. La costituzione di Berardo Giudice a sindaco e procuratore per questa sottomessione con il rogito dello stesso notaro Transarico Magalotti del 1. Luglio (Reg. fogl. 6. Memor. fogl. 56.)

2. Il giuramento che fecero 291 Cerretani il 13 luglio del detto anno in *contione Cerreti di observare et adtendere omnes promissiones et conventiones quos Berardus iudex convenit et promissit sindaco cois Spoleti* (Reg. fogl. 6 - Mem. fogl. 56).

XXIII.

1223, 31 Dicembre

Il podestà di Spoletto dà in custodia a Tommaso di Grimaldo la torre di Casteldilago (1).

In dei nomine, anno dñi Millesimo ducentesimo xxiii tempore Honorii pp. tertii et dñi Frederici Secundi Imperatoris, Indictione xi et die ultimo exeunte dicembri. Hoc siquidem tempore Ego Thomas Grimaldi mea spontanea voluntate promitto per stipulationem tibi Simoni Beraldi Spoleti potestati, recipienti nomine Communantie Spoleti, custodire sine omni fraude turrem Castris laci pro faciendo veram et pacem cuicumque comunantia Spoleti voluerit, et contra quemcumque comunantiam voluerit de turre dicta et de Castro laci; et promitto dictam turrem custodire cum hominibus Spoleti; et hec omnia promitto tibi recipienti pro comunantia Spoleti integre observare sub pena ccccc librarum luccensium, a me [pag.239] tibi pro comunantia Spoleti per stipulationem promissa, et pro hac pena consequenda obligo in pignore tibi potestati predictae recipienti nomine comunantie Spoleti tantum de meis bonis mobilibus et immobilibus ubicumque comunantia Spoleti recipere voluerit de meo ubicumque habeo cum introitu et exitu et cum omnibus suis pertinentibus sive omni reservatione, ut comunantia dicta bene possit consequi penam predictam et tenimentum pignoris tibi pro dicta comunantia do et concedo, et precario a te retineo, renuntians conditioni sine causa et omni auxilio legum et beneficio constituti mihi contra hec competenti, ita tamen quod si Gentile de Castro laci, vel filii emerint possessionem cccc lib. luc. in civitate Spoleti et districtu, sim ego de predictis disoligatus et solutus, vel si ego dederò dictam turrem custodiendam Seniorie Spoleti similiter sim desoligatus. Insuper promitto et obligo me, meosque heredes tibi recipienti nomine comunantie, tuisque successoribus de fraude, colludio, molestia, et predicta observare sub pena predicta, et pena soluta, hec carta firma permaneat.

Ego thomas hanc cartam scribi rogavi. Nos Petrus oddi, Leonardus iudex, Syvinus rainaldi, Matheus aldichei et Alifans petri aceti rogatis testes sumus. Ego Angelus egidii not. rogatus scripsi.

(1). Reg. fogl. 21. - Vedi docum. n. 12.

XXIV.

1225, 26 Marzo

Laudo pronunciato da Bonagiunta in una lite tra i parrocchiani di S. Stefano della Fratta vecchia e il priore di Santa Maria di Turruta. (1).

Factum est Anno dñi MCCXXV. Indict. XIII, die VI. Exeunte Martio, tempore Honorij pp III. Hoc vero tempore Nos Stefo cansi, Januarius venfuri, Petrus, artinisi, Capocius pascali [pag.240] Ramerius leonardi, Ranucius vivieni, Johannes rapturi, Ofreducus Ymille, Marinus johannis et Montionus gg. parrochiani Sancti Stefani de Fracta veccla per nos et per consensum aliorum parrochianorum ut ipsi dixerunt verbo quorum nos facimus hoc, nostra bona voluntate. Litem et discordiam quam prior Sanctae Mariae de Turruta habet cum predicta ecclesia, nos pro nostra ecclesia damus et concedimus tibi domno Bonejuncte Bonefidei, in manibus tuis ad arbitrandum et laudandum inter nos pro dicta ecclesia et priore Turrute, et quicquid inter nos et ipsum laudaveris vel arbitratus fueris nos firmum et ratum habere promittimus sub pena xx. lib. luc. stipulatione promissa, pena soluta dicta omnia firma permaneant et lis sit queta parti observanti dictum tuum. Et Ego prior Egidius Sancte Marie de Turruta similiter consentiente Salvone, do et concedo prenominato presbitero Bonej. simili modo et simili cursu sicut superius vos fecistis, et sub pena predicta, superius expressa in presentia infrascriptorum testium ad hec rogati. Unde ego predictus domnus Bonaiuncta parum post compromissum, inter vos arbitror et laudo sub pena xx lib. quod ammodo ecclesia Sancti Stefani de Fracta veccla, cum rebus suis sit sub ecclesia Sancte Marie de Turruta, et quando necesse faciet ibi mittere clericum in dicta ecclesia, laudo et arbitror sub dicta pena quod parrochiani debeant ire ante priorem Turrute ad petendum clericum, qui debeant dicere Priori oportet nos invenire clericum in ecclesia vestra et nostra, quibus prior respondeat et dicat: ecce clerici mei, si ego possum aliquem concedere vobis, et vos vultis eundem concedo vobis, si non inveniatis vos clericum, et ego vobiscum eligam et concedam preterea in ecclesia ipsa ipsum. Verumptamen ille clericus postquam fuerit electus teneatur promittere priori Turrute obedientiam et reverentiam et subcessoribus suis dum in ecclesia ipsa steterit. Et prior vel aliquis suo loco det ipsi sacerdoti, claves ecclesie et funes campanarum, et libros, et paramenta in tenutam. Qui clericus teneatur custodire omnia bona dicte ecclesie ad honorem ecclesie Sancte Marie et Sancti Stefani et parrochianorum qui nunc sunt et qui in antea erunt. Et si contigerit ipsam ecclesiam dimittere, bona dicte ecclesie teneatur reassignare priori et parrochianis. Preterea laudo et arbitror quod dictus prior et sui successores, teneatur juvare dictam ecclesiam pro posse bonafide sine fraude et defendere et manutenere et ea qua amisit teneatur reinvenire homines et avere sine fraude cum expensis ecclesie Sancti Stephani. Et ita predicta omnia ego predictus doñus Bonaiuncta cappellanus sancti sepulchri sub pena xx lib. luc. [pag.241] per sollempnem stipulationem promissam ex utraque parte laudo et arbitror firma in perpetuum permanere, qua soluta, dicta firma permaneant, et lis sit queta parti observanti dictum meum. Insuper hanc cartam ut legitur nos predicti parrochiani, et ego predictus prior, et ego dompnus Bonaiuncta scribi rogavimus. Actum juxta ecclesiam sancti Petri de colle Jemmuro, Nos dompnus Baraptanus, Boso, Angelonus et Muricus rogati fuimus testes.

Ego Vivianus imperialis aule notarius de mandato dicti laudatoris et rogatu predictarum partium scribere, scripsi et in publicam formam redegi, die predicto, et eisdem testibus presentibus. etc.

(1) Delle oltre a centottanta carte private da me raccolte ne trascelgo e pubblico alcune poche perchè, come questa, oltre alle memorie che contengono, mi sembra che gettino qualche luce sulle consuetudini e costumi del paese, in un secolo di cui ci restano assai pochi monumenti. - Ho di Turruta anche un contratto d'enfiteusi del quale riporterò un brano in altro luogo.

XXV.

1225, 21 Dicembre

I Cerretani giurano obbedienza al messo del Cardinal Giovanni Colonna rettore del ducato, ma riservano le ragioni di Spoleto (1).

In nomine dñi hoc est exemplum instrumenti de sacramento quod olim fecerunt Cerretani dño Travaliolo nuntio Johannis Sancte Presedis Cardinalis, cujus tenor talis est.

In nomine dñi Anno Millesimo ducesimo xxv, tempore dñi Frederici Imperatoris, indictione XIII, die XI exeunte dicembri, hec est forma sacramenti quam fecerunt Cerretani et alii homines comunantie Cerreti dño Travaliolo recipienti pro dño Johanne Cardinali Sancte Presedis et ducis Spoleti (2). Silicet quia juraverunt precepta dicti domini Cardinalis bona fide sine omni fraude observare ejus precepta et suorum nuntiorum et totas suas litteras sub tali conditione adiecta quod de cetero sint salva et illesa jura et actiones et usantie quas vel que Spoletani usque modo habuerunt et perceperunt de castro Cerreti et de ejus comunantia, et si in aliquo tempore [pag.242] dictus Cardinalis et sui nuntii preceperant Cerretanis quod non observarent precepta jura et usantias dictis Spoletanis, Cerretani et alij homines eorum comunantie qui dictum sacramentum fecerint vel facient dicto dño Travaliolo, non teneantur.

Actum in Castro Cerreti in presentia dñi Sivini de Spoleto et dñi Gentilis Transarici de Valle, Valterini Deotedie. Et ego quidem Berardus judex ex auctoritate predicti dñi Travalioli predicta omnia scripsi et publicavi.

Ego Thomassinus sacri palatij notarius, et nunc domini Leonardi potestatis Spoleti notarius, hoc exemplum ex autentico extraxi et exemplavi. Anno Dñi Millesimo ducesimo xxxii, indictione quinta, tempore dñi Gregorii pape noni, et domini Frederici Imperatoris, et die undecima exeunte februario in presentia Luce Alberti, Thome Rainaldi, Transarici Magalotti, et Pauli jannis prime. Actum in palatio canonicorum majoris ecclesie Spoleti.

(1) Reg. fogl. 12, e 83 - Memor. Com. fogl. 55.

(2) Esempio di rettori del ducato chiamati abusivamente duchi; da ciò alcuni sono tratti in inganno, e moltiplicano duchi in tempi anche più tardi.

XXVI.

1226, 15 Settembre

Rodolfo di Elpino di Castelritaldi disereda i figli per ingiurie ricevutene, e lascia tutti i suoi averi alla Cattedrale di Spoleto (1).

In Nomine dñi Amen. Anno dñi MCCXXVI Indictione XIII tempore Honorij pp. III et Frederici imperatoris. die xv mensis Setempbris. Hoc quidem tempore Rodulfus Elpini de Castro litaldorum sua propria voluntate dedit, concessit, atque mandavit dari in possessionem Ecclesie Marie Episcopatus de Spoleto pro Bonuscentre Odoriscij ejusdem Castri, omnia bona sua stabilia et mobilia sine reservatione ipsarum rerum et suorum jurium preter victum et vestitum suum et ejus heredum tantum. Cedendo et mandando plenam potestatem et licentiam ipsi Bonuscentri ut mitteret in possessionem sua auctoritate dominum Episcopum vel ejus nuntium vel ipsius ecclesiam omnium rerum suarum supradictarum, et omnium [pag.243] jurium aliquarum rerum sibi actione aliqua pertinentium quocunque de cetero inveniret, protestans et asserens filii sui Transaricus et Elpinus eumdem sine causa valde percussisse extraendo sibi sanguinem, iniecendo manus fortiter contra eum, et ob hanc causam eosdem ab hereditate privari jussit. Mandans hanc concessionem et donationem scribi et publicari. Coram dño Talionasso gg. Bartolo, Massono montanari, Phylippo vectonis, Sivino galgani, Vilgelmo ardenguccij, Valterio spultivj (?), Albertuccio rusticelli, Nicola filippi, Petrus et aliis multis testibus ad hoc vocatis ab ipso.

Ego Roboam imperiali aule Notarius hiis verbis et concessioni interfui in platea supra nominati castrum, et rogatus et ex parte dñi pp. compellatus ab eodem scribere, scripsi.

(1) Carta Originale presso di me.

XXVII.

1228, 9 Settembre

Gli uomini che, per concessione del Comune di Spoleto, edificano un castello in colle Bufone, si dichiarano sottoposti alla Città (¹).

In nomine Sancte et Individue Trinitatis. Anno dñi Millesimo ducentesimo vigesimo ottavo, tempore dñi Gregorii pp. noni et dñi Frederici Romanorum Imperatoris, die ix introeunte septembre, indict. prima, hoc quidem tempore Nos Phylippus pauli, Gregorius et Arronus filii rustici, Johannes pauli, Guidus geronimi, Scangius ade, Thomas adamuri, et Petrus beraldi, Ugolinus berarducij et Matheo accurre nec vi nec dolo nec fraude inducti ad ista promittenda, sed nostra libera et spontanea voluntate pro nobis et nostris heredibus et omnibus hominibus qui intrant et intrabunt ad habitandum collem sive castrum Bufoni promittimus et per solemnem stipulationem convenimus tibi domino Melglorello Spoletanorum potestati stipulanti et recipienti nomine comunantie Spoleti in perpetuum facere guerram et pacem secundum preceptum Comunis Spoleti cuicumque et quandocumque et qualitercumque et quibuscumque secundum quod comune Spoleti placue [pag.244] rit, et dare omni anno Comune Spoleti xxvi lucc. per quodlibet focularem, et dare collectam per libram secundum quod alii Cives Spoletani tempore quo fiet collecta per civitatem. Silicet per tempora quo dabimus collectam per libram non dabimus fodrum per focularem illo anno. Et similiter promittimus facere in dicto castro unam domum pro comunantia, in qua recipiatur potestas Spoleti et ambaxatores qui irent per comune, et facere eis expensas decenter pro primo albergo semper quando venirent pro comune ad castrum predictum. Et omni anno eligemus senioriam de Spoleto sicut et quem nos voluerimus ad nostram voluntatem, et potestas Spoleti teneatur confirmare eam. Et omni anno jurabimus precepta potestatis secundum quod cives jurabunt ad breve per tempora. Et omni anno in festo Sancte Marie apportabimus cereum de decem libris cere. Unde tu potestas concessisti nobis dictum collem ad habitandum, et tenendum nomine comunis Spoleti. Que omnia supradicta per nos, nostresque heredes et homines venientes ad habitandum, promittimus observare et firma tenere et contra in aliquo non venire, sub pena Centum Marcarum Argenti tibi stipulanti nomine comunis Spoleti a nobis promissa, qua soluta, predicta omnia nichillominus firma et rata perdurent. Nos predicti hanc cartam scribi rogavimus. Et Nos Octavianus judex civis florentinus, Benedictus judex, Ubertus Carsedonij, Petrus Caputosti, Alifans Petri Aceti, et Matheus Transarici hiis omnibus interfuimus, et inde rogati testes sumus.

Ego Rainaldus judex, et Sancte Romane Ecclesie (²) rogatus scripsi.

(1) Reg. fogl. 27, e 84.

(2) Così tanto nei due esemplari del Regesto, quanto nell'Inventano fogl. 152. Forse manca *notarius*.

XXVIII.

1229, 15 Luglio

I Signori d'Arrone si sottomettono a Spoleto (¹).

In nomine dñi amen. Anno domini Millesimo ducentesimo vigesimo nono tempore domini Gregorii pape noni et Frederici Imperatoris. Indictione secunda et die xv introeunte julio, Hoc quidem tempore. Hec est forma sacramenti quod domini [pag.245] de Arrone fecerunt domino Oderesio Thome potestati

Spoleti recipienti nomine ipsius comunis, et hec sunt promissiones et conventiones quas nos Thomas, Oddo et Octavianus filii rainaldi, Rainaldus gentilis, Transaricus, Novellus, Gentilis et Thomas filii octaviani, Octavianus, Rainaldus et Berardus filii Anselmi, sponte facimus vobis dño Oderesio potestati Spoleti recipienti nomine comunis, videlicet Imprimis quod juramus ad Sancta Dei Evangelia preceptum et precepta domini Oderesi dicti potestatis Spoleti et successorum vestrorum qui erunt per tempora que et quanta nobis preceperitis vel fieri facietis pro vestris litteris seu nunctio. Item et quod nullum intellectum alicuius pactis sive conditionis a vobis nec ab alia persona pro vobis habuimus. Item promittimus facere guerram et pacem per nos et nostrum terrenum omnibus quibus vobis et vestro successori qui erit per tempora placuerit, et dare tenutam Castri predicti et ipsius terreni ad vestrum preceptum sicut vobis placuerit causa faciendi verram et pacem omnibus quibus vobis et vestro successori placuerit quocumque tempore petieritis. Item promittimus dare hinc ad Kalendas decembris proximi, quingentas libras lucensium in domibus et possessionibus ubicumque vobis et consilio in civitate placuerit, quas obligari nec vendi nec cambire aliquo tempore promittimus nec possumus, et si fecerimus, ea deveniant in Comune. Item et quod nos promittimus duo ex nobis semper habitare continue in Civitate cum familia, et non redire cum familia de Civitate nisi primo duo alii nostrorum venerimus ad habitandum cum familia continue sicut dictum est. Item promittimus quod homines qui fuerunt de Arrone et ejus districtu, qui sunt apud Bufonem vel in civitate predicta, qui apud nos venerunt, ipsi et eorum bona sint liberi et franchi et absoluti ab omni vinculo servitutis sive hominitie vel ex consuetudine tam ipsi quam eorum bona; que ipsi homines nobis facere tenebantur, et omnia tenimenta eorum que habuerunt et tenuerunt a xv diebus antequam exirent ipsum castrum, promittimus vobis et eis restituere, et ipsos de cetero non molestare in dictis tenimentis; sed si aliquod scretium de predictis bonis et tenimentis inter nos et dictos homines oriretur, nos quam ipsi de his erimus et stabimus ad preceptum vestrum et consilii et successori vestro qui erit per tempora, sicut vos cum consilio preceperitis ita observare et stare promittimus. Item et quod quolibet anno promittimus jurare Seniorie Spoleti precepta sicut alii Cives ut nobis injunctum fuerit. Item promittimus dare pro his omnibus observandis, hinc ad festum Sancte Marie augusti proximum, fidejussores de ducatu [pag.246] Spoleti et contrada, triamilia lib. luc. ad preceptum vestrum et consilii. Item et quidquid vos vel vestri successores qui erit per tempora cum consilio de facto dictorum hominum qui sunt apud Bufonem precipietis sive adderetis, et super aliis hominibus supradictis quod nos ea que vos de his iniungeretis observare et firmum tenere promittimus. Et hec omnia supradicta promittimus vobis domino Oderesio potestati Spoleti recipienti nomine comunis et vestris successoribus in perpetuum observare omnia et singula supradicta et firma tenere et contra non venire aliqua occasione sub pena triamilia lib. luc. vobis recipienti nomine dicte comunantie promissa, et ea soluta, hec carta firma permaneat, et totiens ipsa pena committatur et peti possit quotiens ventum fuerit in totum vel in partem. Pro quibus omnibus et singulis observandis obligamus nos, nostrosque heredes et bona nostra que nunc habemus et in futurum habere poterimus, et interea a comunantia Spoleti precario possidemus. Et promittimus vobis, vestrisque successoribus de fraude, colludio, molestia, falsificatione, evictione, et predicta omnia et singula firma tenere et contra non venire sub pena predicta. Et hec omnia supradicta jurata et promissa fuerunt ante Ecclesiam Sancte Marie in contione a supradictis dominis de Arrone dicto domino Oderesio recipienti nomine dicte comunantie. Pro quibus omnibus et singulis observandis, mandato et auctoritate dictorum dominorum de Arrone, fidejusserunt dicto domino Oderesio, recipienti vice et nomine dicte comunantie omnes infrascripti. Imprimis videlicet Thomas rainerii de Mevania in ducentis libris lucensium, Sanguivis domine Matelde in ducentis lib. luc. Item dominus Rodulfus de Paraiano in ducentis lib. luc., dominus Oddo de Pulino in c. lib. luc. Item Gentilis de Melice in c. lib. luc. Item Rainaldus de Collemeso in cc. lib. luc. Item Salamonus galgani in c. lib. luc. Item Jacobus de Acquasparte in c. lib. luc. Item Rainerius rodulfi et Jacobus lambrocti in quinquaginta lib. luc. Item Jacobus arlengerij de Mevania in cc. lib. luc. Item Octinellus de Trevio et Sevinus domine Mabilie in ccc. lib. luc. Item Belestrus Jocular de Fulgineo in cc. lib. luc. Item dictus Ottinellus in alia manu quinquaginta lib. sub obligatione bonorum suorum, renuntiantes beneficio nove constitutionis, conditioni sine causa et omni alii auxilio legum et constituti eis competenti vel competituro. Et hec acta sunt Spoleti coram Simone beraldi, Nicolao stulti, Petrono rainaldi, Leonardo rannisii, Berardo berardi, et Paulo giraconis, Paulo oddonis, Angelo stefani, Zacharia johannis, Vilielmo verronis. [pag.247]

Ego Matheus publicus imperialis notarius de rogatu dictorum dominorum de Arrono et dictorum fidejussorum hec omnia supradicta scripsi et in publicam formam redegei.

(1) Reg. fogl. 3, e 84.

XXIX.

1230, 9 Novembre

Il Podestà di Spoleto Oddo di S. Eustachio concede una rappresaglia contro i Sanesi (1).

In nomine dñi amen, anno ejusdem MCCXXX residente dño Gregorio pp. VIII, mense novembre die VIII introeunte, indictione III. Quum Ego Oddo Sancti Eustachii Spoleti potestas (2), requisivi potestatem Sene secundum capitulum constituti, ut solvi faceret Rainucio Sentii guerra civi Spoletano tertiam partem CCCXLII libr. et XII sol. denariorum senensium quas sibi dare tenentur Rainonus tacche et Siniballus angerii, et Uvicioñ isaii Senenses sicut apparet publicis instrumentis, quod facere minime voluit. Unde ego Oddo Spoleti potestas, volens servare capitulum constituti, dicto Rainucio do licentiam capiendi de bonis hominum senensium usque ad satisfactionem predicte quantitatis, silicet medietatem (sic) CCCXLII libr. et XII sol. Seneñ. ubicunque invenerit, et quod sint sine pena ipse et jvatores sui.

Actum Spoleti in palatio sancte marie anno, mense, die, indictione dicta supra.

Testes Basilius Johannis
Matheus Johannis Sollis
Thomas Rainucii
Jacobus Rainucii
Henricus Galazani

Ego Juvenalis not. his omnibus interfui et de mandato dicti potestatis scribxi et in publicam formam redegei.

(1) Pergamena presso di me.

(2) Questo podestà, sino ad ora sconosciuto, era di una nobile ed illustre famiglia romana, che prendeva il nome dalla chiesa di S. Eustachio presso la quale aveva le case. Egli è un antenato di quell'Oddo che nel 1293 fu senatore di Roma avendo a collega Pietro Stefaneschi, con la elezione dei quali ebbe fine la scompigliata anarchia che teneva sossopra la città. - (JACOB. CAR. STEFAN. in *Vita Celestini V. lib. I. cap. 6*

[pag.248]

XXX.

1232, 5 Marzo

Teodino giudice per commissione del vescovo di Beauvais esamina alcuni testimoni intorno ai diritti della Curia Romana in parecchi luoghi della Valnerina e della Montagna (1).

Testes producti super juribus Curie Romane de Marchia et Ducatu.

In nomine Domini Amen

Bonajunta Notarius juratus dixit quod vidit Odonem Deutesalve esse balivum in Cerreto per Homodeum capellanum domini Johannis de Columpna cardinalis, qui erat baiulus et vicarius in Montanea per dominum Johannem cardinalem, et dedit dictus Odo capellano a xx libr. lucensium usque in xxv libr. luc. pro fodro Cerreti, Rocce Albrici, et Sellani. Et hoc fuit in castro Cerreti in domo Odonis Deutesalve presentibus Rainaldo Leadasse, Ferramula, Johanne Falconetti et Ardito, et vidit quod dictus capellanus recipit sex lib. luc. a Fazano pro fodro, et ibat et veniebat per castrum Sancti Felicis et de Valle sicut dominus, et non dicit odio neque amore.

Theodinus Mathei juratus dixit quod ipse testis ivit cum capellano domini Johannis de Columpna, qui erat tunc rector ducatus, apud Cerretum, et ipsi de Cerreto receperunt eos tamquam dominos, et servierunt eis, et dictus capellanus misit Jacobum Falconitti baiulum ad colligendam rationem curie, seu fodrum, et cum esset inter eos litigium de fodro, postea se convenerunt, et fodrum dare convenerunt vicario jam dicto dicti domini Johannis cardinalis. Et vidit quod filius Falconitti attulit fodrum dicto vicario apud Nursiam, sed non totum. Item dixit quod alia vice fuit cum domino Odone de Columpna apud Cerretum, et cerretani servierunt eis sicut dominis pro dicto domino cardinali rectore ducatus Spoleti. Item alia vice ivit cum dicto capellano ad Fazanum sive Vallem et ipsi de Fazano servierunt eis sicut dominis pro dicto [pag.249] domino cardinali, et habebat ibi bajulum, silicet Andream pro colligendo fodro et aliis rationibus dicti rectoris.

Johannes rustici juratus dixit quod ipse testis ivit cum Homodeo cappellano vicario dicti rectoris ducatus, et ipse vicarius ordinavit ibi balivos, silicet Jacobum Falconitti et Odonem Deutesalve ad colligendum fodrum et alia jura dicti rectoris ducatus per Cerretum et per totum districtum Cerreti, silicet de Sellano et Rocca Albrici; et ipsi balivi apportaverunt fodrum pluribus vicibus apud Nursiam ad dictum vicarium pro dicto rectore ducatus, et ipse testis numeravit denarios. Item dixit quod dictus vicarius habebat roccam Cerreti ad manus suas, et non permittebat alicui de cerretanis aliquid ibidem facere, et idem dixit de Avellana et Trepedella et de Nortosce. Item dixit quod vidit dictum vicarium ordinare balivum per vallem de Narcu et per Casum pro colligendo fodro, banno, folliis et omnibus rationibus curie pro dicta curia.

Dominus Rainaldus Capestrelli juratus dixit quod ipse testis vidit quod homines de Planeza dabant duci Corrado xxx paria spallarum per fidantiam ⁽²⁾, et vidit postea habitare [pag.250] eos in turre Narnati, et respondebant ipsi et alii qui habitabant ibi nunctiis domini Johannis cardinalis rectoris ducatus Spoleti et regis Johannis tamquam dominis ⁽³⁾. Item dixit quod vidit nuncios Ecclesie recipere albergarias apud Furcamelonem, et vidit quod nunctius domini vicari in montanea per dominum Johannem de Columpna collegit predam de Furcamelone pro eo quod non dabant fodrum. Item dixit quod dux Corradus fecit castrum Sancte Anatolie, et habuit castrum ipsum usque dum habuit ducatum; et vidit quod Spoletani destruxerunt castrum illud, et postea fecerunt rehedicare.

Ismael juratus dixit quod vidit quando nunctius regis Johannis erat ad turrem Narnati et defendebat ipsum castrum, et homines ipsius castri respondebant eidem nunctio sicut domino pro dicto rege. Item dixit quod vidit Vallem tenere nunctii ducis Corradi quod modo detinetur a Spoletanis.

Dominus Oderisius de Frensano juratus dixit quod vidit quod Theodinus Balistarius nunctius regis Johannis tenebat turrem de Narnate per dominum regem Johannem, in quo castro erant homines de Planeza et alii plures, et serviebant ei sicut domino. Item dixit quod ipse testis equitavit cum nunctio domini vicarii domini Johannis de Columpna cardinalis et collegerunt predam de Furcamelone eoquod non obediebant preceptis suis.

Marcutius notarius juratus dixit quod vidit Theodinum tenere turrim de Narnate per dominum regem Johannem, in qua turri habitabant homines de Planeza, et vidit quod homines de Bazano dederunt fodrum nunctio domini Johannis cardinalis rectoris ducatus sex libr. lucensium, et vidit quod Rocca [pag.251] de oy (*sic*) respondebat dicto nunctio de fodro, de bannis et in adiutoriis de festis.

Civitella juratus dixit quod vidit turrim de Narnate in qua erant homines de Planeza et alii qui habitabant ibi, qui erant per dominum regem Johannem et qui erat ibi nunctius suus; et dixit quod castrum Narci tenuit dux Corradus et fecit eum, et postea Spoletani destruxerunt, et rehedicaverunt eum; et dixit quod fuit suum et consanguineorum suorum.

Scapezatus juratus dixit quod vidit Vallem et Narcum et Fazanum tenere dux Corradus in bona pace sicut dominus tenet suum, et vidit quod capellanus habebat baiulum suum in villa Trepidelle.

Petrus Gualterii juratus dixit quod vidit Homodeum capellanum mittere et extrahere balivum de Trepidella, et habere fodrum et alia que precipiebat sicut dominus.

Rainaldus Biselli juratus dixit quod tempore testis vidit et stetit quando homines de Paterno et castro Vallis juraverunt nunctio regis Johannis, et servire ei sicut domino, et ordinavit ibi baiulos suos. Et dixit quod vidit homines de Primocasu et Turri respondere nunctiis regis Johannis rectoris per ecclesiam, que modo detinentur a Cassianis.

Berardus de Unda ⁽⁴⁾ juratus dixit quod vidit et fuit cum nuntio ducis Corradi ad Planezam, et vidit quando fecit jurare balivos ut colligerent fodrum, et comedit ibi cum dicto nuntio, et dixit quod vidit quando domina et filius quorum erat Primocasus, dederunt dicto nuntio ducis Corradi Primocasum et Percatam. Et vidit postea capellanum vicarium domini Johannis de Columpna et Johannem Isabelle baiulum Regis Johannis tenere ad manus suas Vallem et Parcum et Paternum, et recipere fodrum, et habere ibi baiulos suos, et villam Sancti Georgii que modo detinetur a Cassianis, et vidit quod de Nortosce et de rocca oy (*sic*) habebant fodrum nuntii ecclesie, silicet domini Raineri Cardinalis et domini Johannis de Columpna que modo detinentur a Cerretanis.

Dominus Munaldus juratus dixit quod ipse vidit et fuit cum duce Corrado ad Planezam et comederunt ibi et serviebant ei sicut domino, et eodem modo in Valle et Narco, et fecit castrum Narci, et habebat ibi baiulos suos. Item dixit quod vidit nuntios domini Raineri cardinalis, et domini Johannis de Columpna et domini Regis Johannis rectores duca [pag. 252] tus Spoleti habere terram et villam Sancti Georgii et Primocasum que modo detinentur a Cassianis, et habere ibi baiulos suos, et omnia facere sicut dominus.

Dominus Deuteguarde juratus dixit quod ipse testis ivit cum Homodeo cappellano domini Johannis de Columpna cardinalis Rectoris ducatus ad Cerretum, et fuerunt locuti cum consilio Cerreti, et convenerunt secum, dicto cappellano dare fodrum, et promiserunt ei dare xxvi. luc. per focum, et posuit capellanus Jacobum Falconitti ut colligeret fodrum, seu xxvi. luc. per quodlibet focum, ab aqua Scini inferius; deinde sursum posuit alium ut colligeret eodem modo.

Examinatio testium predictorum facta est a domino Theodino giudice cui commissum est a domino Milone Episcopo Beluacense, Anno dominice incarnationis Millesimo ccxxxii, Indictione quinta, mense Martio, die 5. Pont. dñi Gregorii noni pp.

Et ego Guidoctus Sancte Romane Ecclesie scrinarius de mandato dicti judicis et ejus auctoritate scripsi, et in publicam formam redegi presentibus domino Adam de Roñ., Datho Morici et aliis testibus.

(1) Dal Codice Riccardiano N. 228. fogl. 192.

(2) *Davano trenta paia di spalle etc.* Quando ciò sia spiegato, parrà a taluno che si fosse potuto fare a meno della spiegazione, tuttavia non voglio tacerla. Carlo Troya, uno dei maggiori eruditi che abbia avuto l'Italia, commentando in certo luogo del suo Codice Diplomatico un contratto longobardo, leggendovi *unam paccam lardi*, lamentava che non vi fosse ormai chi potesse dire che quantità di lardo fosse quella; quando presso di noi non vi sarebbe stato chi non gli avesse potuto dire chiamarsi nel dialetto della valle spoletina pacca di lardo la metà del lardo d'un maiale salata in un sol pezzo, cioè un *lardone* come direbbero a Firenze. Così certe spiegazioni non sono sempre inutili. E perciò non sarà inutile il dire ora che *spalla* e *spalletta* chiamasi la spalla salata del maiale; e a mio credere trattasi qui di trenta paia di spalle salate; che più volte ho trovato quale materia di tributo, come si vede anche in un contratto di cui io possiedo la carta originale, e che ho già accennato in nota al Docum. n. 26. Per esso l'undici giugno 1224 Egidio priore di S. Maria di Torrita (nella valle Spoletina) presenti e consensienti Offredo abate e i monaci e gli oblato di Santo Stefano di Manzano, cede in enfiteusi due terre della sua chiesa poste nelle pertinenze di Torrita ai figliuoli d'Insegna *Petri Arturi* sino alla terza generazione finita. Ed essi promettono dare in canone al detto priore e a' suoi successori *anuatim unum denarium luccensem in festo nativitatis domini pro una de predictis petiis terre, pro alia vero etc. unum bonum amescere de una spalla porcina et de una longa ejusdem speciei, et de duabus focaciis; et si nos erimus inter nos discordes de amescere aliquo tempore, solvemus tibi et tuis successoribus III solidos luccenses pro amescere in dicto festo; ita tamen quod tu dñs prior et tuis successores tenemini anuatim dare commestionem unam uni nostrorum deferenti dictum amescere vel dictos denarios pro amescere, et unus nostrorum tantum debeat venire cum amescere. Preterea tempore finite concessionis debemus nos haberemedietatem omnium arborum quae tunc stabunt in ipsa terra, et debemus ipsam medietatem elevare de ipsa terra. Et alia medietas arborum debeat permanere in ipsa terra pro ecclesia etc.*

Ho riportato di questo contratto più di quello che sarebbe stato mestieri, ma l'ho fatto per le usanze che vi si veggono, e per quel certo lume che manda sul valore del denaro. Dappoichè oltre due focacce, una *lonza* (chè ciò significa la *longa* del contratto; e chi l'abbia vista pendere tutta intera dalla soffitta di qualche casa di contado, ne intende il perchè) e una *spalletta*, che possono essere intorno a ventidue libbre di carne, le quali ora si pagherebbero quindici lire, erano valutate tre soldi lucchesi. Dell'*amescere* ci da bastante spiegazione la cosa stessa che serve a significare, e vale quanto *pastus*; ed è forse voce d'origine franca o longobarda.

(3) Giovanni di Brenne già re di Gerusalemme, venuto in rotta con Federico II. imperatore suo genero, che lo aveva spogliato del regno, fu ai servigi dal papa e per qualche tempo rettore del ducato di Spoleto e di altri luoghi, ne' primi anni del pontificato di Gregorio IX.

(4) Vedi Doc. n. 10.

1233, 22 Ottobre

Parecchi Testimoni depongono intorno al diritto del fodro ecc. nei luoghi descritti nella seguente rubrica (¹).

Testes producti super juribus fodri Gavellgii, Cascie, Scopelte, Usini, Pogii-domi, Cerreti, Rocce Alberici, et Sellani.

In nomine domini, Millesimo ccxxxiii. Indictione septima, tempore domini Gregorii pape noni, mense octubre, die Sabati, x die exeunte.

Bonaiuncta notarius de Visse, juratus et interrogatus per sacramentum, dixit quod erat cum Homedeo capellano car [pag.253] dinalis de Columpna, vidit Homodeum capellanum card. de Columpna habere et tenere Gavellgium, Casciam et Scopeletam, et Usinum, et Pogium domi, vidit etiam Homodeum Capellanum facentem rationem cum Odone Deutesalve, qui tunc erat bajulus Cerreti, de fodro Cerretti et Rocce Alberici et Sellani, et quod assignavit ipse fodrum ipsi Homodei capellano, et hoc fuit in domo Odonis apud Cerretum. Item vidit baiulum de Plagiano assignare fodrum ipsius castri dicto capellano, vidit etiam cum esset cum ipso capellano, quando misit nunctium suum ad castrum Sancti Felicis et ad castrum Sancte Anathogie, et ipse nunctius detulit ei fodrum dictorum castrorum. Vidit etiam quod tenuit dictus capellanus roccam Odi et recepit inde fodrum. Item vidit cum esset cum Adam de Tenagio qui erat pro domino episcopo Beluacense in montanis quando fecit jurare consules de Furcamelonis fidelitatem ecclesie et stare mandatis suis, et precepit eis quod facerent jurare mandatis alios homines de terra, et ille recepit inde fodrum. Item dixit quod cum ipse testis remansit Cassie, dictus Adam ivit apud Planetiam; tamen quibusdam in reditu suo dixit quod homines de Planetia juravere stare mandatis suis. Item vidit Homodeum et Episcopum Beluacensem tenere Frusinum, Cortignum et Roczetam de Unda, et Scopulum tenere et habere. Interrogatus qualiter scit, dixit quod vidit et interfuit. Et vidit quod Homodeus capellanus recepit juramenta ab hominibus de Sancto Marco et de Savello; et vidit quod dictus capellanus pro domino Johanne de Columpna et Adam pro episcopo Beluacense tenuerunt Covotegiam. Item vidit quod ivit cum Adam apud montem Sancti Martini et recipiebat dictus Adam banna, folia et dativas et salaria integre sine aliqua diminutione, et illi de Monte Sancti Martini nihil percipiebant de hiis omnibus, et custodiebant illi qui erant in turri, dictam turrem per dictum Adam, et recepit inde fodrum. Et dicit etiam quod Homodeus capellanus tenuit roccam de Billosio et recepit inde fodrum et collectam. Item vidit istos habere et tenere Roccam Arnulfi et Dectam, et Sanctum Vitum et Vallem Oblite et Precem (?). Item vidit quod Adam recepit fodrum de Presenzano, de Colle de sile, et de Abbatia. Item dicit quod ivit cum Adam et Matheo Morici et receperunt fidelitatem ab hominibus de Turiñ (?) et de Antiquo et de Gallotio et de valle Sancti Angeli, de Perfolio et de Colle alto et de Valle Captilie, et de Appendino et de Cupis, exceptis hominibus Ugolini de domino Ugolino, aliud dicit nescire. Jampetrus de Visso juratus, et interrogatus per sacramen [pag.254] tum, dixit: de Prece, de Monte Sancti Martini, de Rocca Arnulfi, de Clete, de Sancto Vito, de Valle Oblite, de Presenzano et de Colle de Sile, et de Abbatia et de terris que sunt ultra Visium (?) dicit idem quod Bonajuncta; aliud dicit se nescire.

Dominus Gualterius juratus, et interrogatus per sacramentum, dixit quod vidit Homodeum capellanum quando erat in montanis cum domino Johanne de Columpna habere et tenere Roczettam de Unda, et Scopulum de medio, Frusinum et Cortinum et Rovetegiam et Vallem Oblite et Clocce et Sanctum Vitum et Roccam Arnulfi, et rocce de Monte Sancti Martini de Presenzano, de Colle de Sile, et de Abbatia, dicit idem quod Bonaiuncta notarius. Item dicit quod curia habet in Nurtia medietatem banna, folias, et omne introitum quem habet ipsa communitas, et de Sancto Marco dicit idem quod Bonaiuncta notarius.

Andrea Guidonis de Cassia, juratus et interrogatus, dixit quod ivit apud Gavegium cum Homedeo capellano, et capellanus fecit jurare homines de terra illa et posuit ibi balivum suum et recepit ibi procuracionem, et precepit quod recolligetur ibi fodrum, et inde tempore Adam de Tenagio, quod

Adam misit apud Furcam meloñ et ipse testis ivit illuc, et nunctius de Furca melone detulit apud Cassiam denarios de fodro, et vidit quod Sinibaldus Arpaniani erat bajulus per Adam de Tenagio, et de Planetia, et precepit fidejussoribus de Planetia ut venirent Cassia juraturi et satisfacturi de morte balivi curie quem occiderant. Dicit etiam quod tempore domini Johannis de Columpna cardinalis, ivit flazanum cum Baruncello et Johanni Guillelmi et receperunt inde predam eoquod noluerunt dare fodrum. Et illi de Flazano miserunt ad Baroncellum et Johannem Guillelmi et promiserunt stare mandatis eorum, et vidit quod dictus dominus habuit Nucelletum et tenuit. Item dicit quod Manens Bonicomitis tenuit terram de Usigno. Item dicit quod fuit cum domino Roberto de Bonvadagno apud Roccam de Unda, Sanctopolum de medio, et illi de Rocca et de Scopla obediebant eis. Aliud dicit se nescire.

Dominus Ismael de Cassia juratus, interrogatus dixit quod dux Corradus tenuit terram de Usigno et totam terram de Berardis, Roccam de Valle de qua modo factum est Flazanum ⁽²⁾, et totam vallem de Narco; et dicit quod dux Corradus habuit Perocclum et Collem revaliosum, et dicit quod omnes Josepi-[pg.255] gni et Berardi obediebant duci Corrado tamquam domino, et de rivo Bothuti et de Podio-bustonis obediebant duci similiter, et domini de Ponte obediebant duci, et domini de Ancaiano et de Lapirino et de Cisello obediebant duci Corrado tamquam domino.

Dominus Sinibaldus de Arpaniano jur. interrogatus dixit quod dominus Johannes de Columpna habuit et tenuit turrem de Arnata et Vetranulam et in Vetranula erat castellanus pater ipsius testis, et ipse testis fuit ibi loco patris sui; et Episcopus Beluacensis reddidit per medium Vetranulam dominis de mandato domini pape. Interrogatus quomodo scit, dicit quod audivit legi litteras et habuit in domo sua litteras. Dicit etiam quod tempore Episcopi Beluacensis habuit curia Planetiam, et eo tempore testis fuit ivi balivus per Adam de Tenagio et recipiebat ibi banna, fodrum et follias. Dicit etiam quod fuit ibi balivus per fratrem Egidium. Item dicit quod quando, tempore Adam de Tenagio, dederunt illi de Forca melonis fodrum, denari fuerunt falsi, et dominus Octavianus de Polino recepit illos et misit bonos per nunctium suum. Item dicit quod ivit Gavegium et recepit ibi pro curia banna et follias et salaris de causis, et posuit baiulum pro curia quemdam qui dicitur Johannis de banno. Fuit etiam apud Cassiam et recepit ibi procurationem et recepit iuramenta ab hominibus et banna et folias. Item dicit quod Fidantia tenuit Osinum per dominum Bertoldum ⁽³⁾ et tenuit etiam rex Johannes, et Podiumdomi, et ipse testis tenuit per Adam de Tenagio et recepit inde banna et follias et procurationes et Adam receperat inde fodrum. Item dicit quod tempore domini Johannis de Columpna fuit apud Frusinum cum Baroncello, qui erat ibi per dominum Johannem, et recepit ibi procurationem, et petebat ibi fodrum. Item dicit quod fuit cum Homodeo capellano domini Johannis de Columpna apud Visium, et ipse capellanus recipiebat banna et follias et salaria de causis integre, et nullus alius de terra erat pro eo rector.

Paulus Luce de Cassia juratus, interrogatus dixit quod vidit quod ante quam turris de Arnata esset destructa tempore regis Johanni, Rex Johannes habebat ibi balivum suum et recipiebat banna et follias et salaria de causis et fodrum, et nullus erat ibi rector nisi ille quem constituabat curia. Item dixit quod tempore domini Johannis de Columpna misit Ho [pag.256] modeus capellanus domini Johannis de Columpna ad homines de Furcamelone quod jurarent stare mandatis curie et quod illi renuerunt, dominus Odo de Columpna equitavit et cepit inde predam, et illi postmodum juraverunt stare mandatis curie, et capellanus postmodum ivit illuc et sicut ipse testis audivit ab ipso capellano, ipse capellanus habuit ibi procurationem et ipse testis vidit et interfuit quando dederunt fodrum. Item dixit quod tempore ejusdem domini Johannis curia tenebat Vetranulam et Brufam et Roccam de Saxo et montem Sancti Viti, et villam Sancti Viti, et recepit inde fodrum, banna et follias. Item dixit quod recepit de Gavegio fodrum, et habebat ibi balivum suum, et miserunt capellano usque ad Vetranulam adiutorium, scilicet pullos, ova et edos. Item dixit quod cum illi de Casu nollent facere mandata curie, de mandato capellani ipse testis cepit bis predam de Casu, et sic illi juraverunt stare mandatis curie. Item dixit de illis de Monte Sancti Petri. Item dixit quod illi de Flaiano dederunt fodrum et procurationem. Habebat ibi Homodeus balivum suum de castro Sancti Felicis et recepit fodrum. Item vidit quod Paternus fuit excommunicatus ab ipso capellano, et postea homines ipsius castri juraverunt stare mandatis suis. Item dixit quod recepit ipse capellanus fodrum de Cerreto et de Sellano et Rocca Albrici, tenuit etiam turrim de Usingio et recipiebat inde banna et follias et fodrum. Item dixit de Podio domi. Item dixit quod de Curtigno habuit banna et follias et fodrum, similiter de Frusinio et Revoteg. et de Trepidella et de Rocchetta de Unda et

de Scopulo de medio. Idem dixit de Rocca Arnulfi, de Clecte, de Sancto Vito, de Valle Oblite de Prece et de Monte Sancti Martini; et dixit quod ab Abbatia habuit Homodeus Capellanus fodrum, banna et follias. De Visis⁽⁴⁾ dixit idem, et dixit quod capellanus habebat ibi castellanum suum, et nullus de terra recipiebat ibi aliquid. Idem dixit de Valle Nuclea; de castro Sancti Martini dixit quod erat demanium curie. Idem dixit de Savello, et Sancto Andrea, et de Notana; aliud dicit se nascire.

(1) Codice Riccard. n. 228. fol. 193.

(2) Ecco il Flezano del Doc. n. 20.

(3) Bertoldo d'Urselingen, figlio minore di Corrado già duca di Spoleto, che nel 1228 invase la montagna del ducato.

(4) Tra questo *Visis* e il *Visium* del secondo paragrafo della pagina precedente non mi sembra dover porre differenza; sono forme varie di scrivere lo stesso nome, come *Fazano*, *Flazano* e *Flezano*; *Osinum*, *Usinum*, *Osingio*, *Usigno* ed altre che qui s'incontrano.

APPENDICE ai numeri XXX e XXXI (1)

HI SUNT PROVENTUS ET REDITUS DE DUCATU, CASTRORUM DE VALLE SPOLETINA, ET ANTIQUI.

Castrum Rosciani solvit pro Fodro xv Libras Lucensium. Pro adiutorio Natalis vi libras. Pro adiutorio Paschae Resurrectionis iii Libras. Et habet ibi Curia tertiam partem de Bannis, et Follis et Salario, de quibus quantitas est parva; quia quandoque est parum et quandoque non multum.

Podium Rosciani solvit pro Fodro v Libras lucensium. Pro adiutorio Nativitatis iv Libras. Pro adiutorio Paschae Resurrectionis xl solidos. Et habet ibi curia tertiam partem similiter de Bannis, Follis et Saliis.

Bittonia solvit pro Fodro lxx Libras Lucensium. Pro adiutorio Nativitatis x libras. Pro adiutorio Pascae Resurrectionis x Libras, et habet ibidem Curia tertiam partem similiter de Bannis, Follis et Saliis de quibus quantitas est incerta. Et habuit ibidem Curia terras, vineas, silvas, casalina, domos, et homines et multas possessiones, quas pro maiori parte nobilis vir Mainardus Imperatoris de Perusio detinet occupatas. Sed adhuc habet ibi Ecclesia turrim, domos et casalina, terras, vineas, silvas, et homines, de quibus paucos redditus percipit propter occupationem factam a Nobili supradicto de melioribus et maioribus possessionibus sopradictis.

Cannaria solvit pro Fodro xvi Libras et xvi solidos Lucensium. Pro adiutorio Nativitatis x libras. Pro adiutorio Paschae Resurrectionis vii Libras. Et habet ibi Curia omnia Banna, Salaria et Follias de quibus est incerta quantitas. Et solvit c Rasengas frumenti, et c Rasengas Speltae, et quandoque plus, quandoque minus, secundum temporis qualitatem.

Insula Albricorum solvit pro Fodro lvi solidos. Pro ad [pag.257] iutorio Nativitatis xx. Solidos. Pro adiutorio Paschae xx. Solidos et xx Rasengas frumenti, et xx Rasengas de Spelta, et quandoque plus et quandoque minus, secundum temporum qualitatem; et omnia Banna et Follias.

Insula vetus cum Sancta Cruce solvit pro Fodro xv. Solidos Lucenses. Pro adiutorio Nativitatis x. Solidos. Pro adiutorio Paschae vi. Solidos. Et viii. Rasengas inter frumentum et Speltam, secundum temporis qualitatem. Et omnia Banna et Follias.

Collemancium, quod detinet Dominus Manens Raynaldi Spoletanus Civis per concessionem Domini Papae solvit pro Fodro xv. Libras. Pro adiutorio Nativitatis x Libras. Pro adiutorio Paschae x Libras. Et cxii Rasengas frumenti, et cxxx Rasengas de Spelta. Et habet ibi curia omnia Banna et Follias.

Sorgnanum, quod detinet Frater Ambrosinus per concessionem Domni Papae, solvit pro Fodro iii Libras. Pro adiutorio Nativitatis xl. Solidos. Pro adiutorio Paschae xx solidos. Et xxx Rasengas inter frumentum et Speltam, et omnia Banna et Follias.

Castrum Pomontis, quod detinet Episcopus Asisinas occupatum, quod castrum concessit Dñus Papa Neapolioni, solvit pro Fodro c. Solidos. Pro adiutorio Nativitatis vi. Libras. Pro adiutorio Paschae iii. Libras. Et omnia Banna et Follias. Et Bladum secundum temporis qualitatem.

Castrum Abboni, quod concessum est Domino Neapolioni per Domnum Papam, solvit pro Fodro xii Libras. Pro adiutorio Nativitatis vi Libras. Pro adiutorio Paschae iv. Libras. Et lx. Rasengas fru-

menti, et LX Speltae, et Banna omnia, et Follias.

Castrum Limisciani solvit pro Fodro VI Libras. Pro adiutorio Nativitatis V Libras. Pro adiutorio Paschae III. Libras. Et L Rasengas frumenti. et L Rasengas Speltae, et Banna omnia et Follias.

Castrum Gualdi Captaniorum solvit pro Fodro XV Libras. Pro adiutorio Nativitatis X Libras. Pro adiutorio Paschae VIII. Libras. Bladum non solvit. Banna et Follias omnia solve consuevit. Sed nunc est ibi Rector Massaronus serviens Domini Papae, de mandato Dñi Papae, itaquod Curia habet tertiam partem tantum.

Castrum Rodionis, quod est Nobilium Dominorum, qui sunt ibi, solvunt homines pro Fodro XL Solidos. Pro adiutorio Nativitatis III. Libras. Pro adiutorio Paschae XXX. Solidos, et nihil aliud.

Castrum Gagloli, quod est Nobilium Dominorum, similiter solvunt honines pro Fodro XXX. Solidos. Pro adiutorio Nativitatis XXX. Solidos. Pro adiutorio [pag.259] Paschae XX. Solidos, et nihil aliud.

Castrum Mevaniae solvit pro Fodro LXXX. Libras. Pro adiutorio Nativitatis X. Libras. Pro adiutorio Paschae V. Libras. Et tertiam partem Bannorum et Folliarum, de quibus quantitas est incerta.

Castrum Cocoroni solvit pro Fodro CVIII. Libras. Pro adiutorio Nativitatis XX. Libras. et quandoque XXV. Libras. Pro adiutorio Paschae X Libras. Et duas partes Bannorum et Folliarum de quibus quantitas est incerta.

Castrum Montecle, quod est Dominorum Nobilium de Jano, solvit pro Fodro III. Libras. Pro aiutorio Nativitatis L. Solidos. Pro adiutorio Paschae XXX. Solidos, et nihil aliud.

Castrum Castagnolae, quod est similiter Nobilium praedictorum, solvit pro Fodro XL. Libras. Pro adiutorio Nativitatis XXX. Solidos. Pro adiutorio Paschae XX. Solidos, et nihil aliud.

Castrum Jani solvit pro Fodro XV. Libras. Pro adiutorio Nativitatis X. Libras. Pro adiutorio Paschae VI. Libras. Et medietatem, Bannorum et Folliarum, de quibus quantitas est incerta.

Castrum Mazani, quod detinet frater Ambrosinus per concessionem Domini Papae, solvit pro Fodro IV. Libras. Pro adiutorio Nativitatis III. Libras. Pro adiutorio Paschae XL. solidos et XL. coppas frumenti, et XL Speltae, et omnia Banna et Follias.

Castrum Clarignani, quod est Nobilium Dominorum, solvunt homines pro Fodro VI. Libras. Pro adiutorio Nativitatis IV. Libras. Pro adiutorio Paschae XL. Solidos. et nihil aliud.

Castrum Muricis solvit pro Fodro XXV. solidos. Pro adiutorio Nativitatis XX. solidos. Pro adiutorio Paschae X. solidos. Et omnia Banna et Follias.

Normannia solvit pro Fodro L. solidos. Pro adiutorio Nativitatis XXX. Solidos. Pro adiutorio Paschae XX. solidos. Et omnia Banna et Follias, et Bladum secundum temporis qualitatem.

Castrum Litaldi solvit pro Fodro XVIII. Libras. Pro adiutorio Nativitatis X. Libras. Pro adiutorio Paschae. V. Libras. Et omnia Banna et Follias. Et tres partes Passagii, quod est per annum XII. Librarum, et quandoque plus, quandoque minus.

Castrum Trevii solvit pro Fodro LXXX. Libras et plus. Pro adiutorio Nativitatis XX. Libras. Pro adiutorio Paschae X. libras. Et duas partes Bannorum et Folliarum. Et medietatem [pag.260] Passagii, quod venditur XXX. libris per annum. In cujus districtu Dominus Manens habet villam Fractae, et alii homines ejus nihil Curiae serviunt propter concessionem Domni Papae sibi factam.

In Civitate Fulginate habet Curia tertiam partem Bannorum et Folliarum. Et tertiam partem Passagii, quod venditur per annum XXVII Libris pro parte Curiae.

Vallis Tupini solvit pro Fodro LX. Libras Ravennatum. Pro adiutorio Nativitatis XX. Libras. Pro adiutorio Paschae X. Libras. Et omnia Bannas et Follias, et totum Passagium. Sed Civitas Fulginensis multos homines dictae Vallis detinet occupatos.

Castrum Spelli solvit pro Fodro LXXX. Libras. Sed modo non solvit pro Literis Domini Papae, quas habuit. Et solvit pro adiutorio Natalis Decem Libras. Pro auditorio Paschae C. Solidos. Et tertiam partem Bannorum et Folliarum. Et medietatem Passagii, quod venditur per annum L. Libris. Quod Passagium detinet Dominus Corradus Munaldi de Mevania, per concessionem Domni Papae.

In Civitate Assisii habet curia Passagium per medietatem, quod venditur per annum L. Libras.

Terra Arnulforum solvit pro Fodro LX. Libras. Pro adiutorio Nativitatis XVI. Libras. Pro Rocca secundum qualitatem villarum. Pro adiutorio Paschae haedos. Et CCC. coppas parvas frumenti, et totidem Speltae ad coppam consuetam. Et omnia Banna et Follias et Passagia.

Civitas Interamnensis, quam nunc detinet Dominus Camerarius ad manus suas, solvit pro Fodro cxx. Libras. Et duas partes Bannorum et Folliarum. Et omnia Passagia.

Castrum Collestath solvit pro Fodro xv Libras. Pro adiutorio Nativitatis c. Solidos. Pro adiutorio Paschae haedos et piper. Et qualibet domus ipsius Castrum unam Coppam Speltae, et unam gallinam.

Abbatia de Ferentillo solvit pro reditu, quod debet, xl. Libras, Et duas partes Bannorum et Folliarum, de quibus quantitas incerta.

Nobilis vir Dominus Petro de Vico, pro Castris civitatis Veteris et Bledae, debet Ecclesiae Romanae singulis annis x. Bisancios auri videlicet pro quolibet castro v. Bisancios. Et fuerunt dicta castra concessa dicto Nobili tempore felicis recordationis Domni Clementis Papae IV. Anno Dñi MCCLXVII. Quarto Kalendas Aprilis Indictione x. Pontificatus Domni Clementis Papae IV Anno III. Predicta vero castra posita sunt in Dioecesi Viterbiensi.

(1) Ai due processi che qui vengono in luce per la prima volta, ho aggiunto questa notizia, che fa parte dello stesso Regesto di Cencio Camerario, e sebbene sia stata già pubblicata dal Muratori (Antiq. Ital. Dissert. LXIX), ho creduto fare cosa utile, sia perchè si forma così con que' processi quasi un prospetto dei tributi che si pagavano alla Chiesa in questi luoghi, sia perchè dalla medesima si può rilevare la maggiore o minore importanza delle diverse terre e castella nei secoli XII e XIII.

[pag.261]

*REDITUS COMITATUS NARNIAE
ET AMELIAE*

Castrum Sancti Gemini vi. Libras Lucensium, et collectoribus xx. Solidos.

Capitone l. Solidos, et Collectoribus vi. Solidos.

Insula l. Solidos et Collectoribus vi. Solidos.

Perticara xl. Solidos, et Collectoribus vi. Solidos.

Coldiscipuli v. Libras. et Collectoribus xv. Solidos.

Struncum v. Libras, et Collectoribus xv. Solidos.

Lecoppe xxx. Solidos, et Collectoribus iv. Solidos.

Balduinum xx. Solidos.

Fenocletu xxiv. Solidos.

Longula l. Solidos, et Collectoribus vi. Solidos.

Acuzo xxx. Solidos, et Collectoribus iv. Solidos.

Sanctus Urbanus xxiv. Solidos.

Castrum Vetus xii. Solidos.

Castrum Lage xxiii. Solidos.

Liteuri xxiii. Solidos.

La Fracta xlvi. Solidos.

Vitreolum ix. Libras.

Bulgaria xlv. Solidos (¹).

Carvi vi. Libras.

Albinianum iii. Libras.

Teizanum xviii. Solidos.

Bofoni x. Solidos.

Confinge x. Solidos.

Marginata et Corbianum xl. Solidos.

Amelia xv. Libras, et Collectoribus xl. Solidos.

CENSUS ROMANAE ECCLESIAE

In Ducatu Spoletano:

In Episcopatu Fulginate Monasterium Sanctae Mariae de Valle Gaudii unam libram Cerae quod est exentum.

*In Episcopatu Asisinati. Ecclesia Sancti Uberti, XII denarios Lucenses.
 Monasterium Sancti Damiani quod est liberum, unam libram cerae. [pag.262]
 Monasterium Sancti Pauli, ii. Solidos lucenses.
 Ecclesia Sancti Francisci de Asisio, quae libera est unam libram cerae.
 Johannes de Monacho familiaris Domini Aegidii Cardinalis, debet anuatim unum obolum imperialem pro feudo, quem tenet ab Ecclesia Romana in Castro Bethoniae, et vocatur Armania. Et habuit Feudum ipsum tempore Domini Papae Innocentii IV. Anno ejus III.
 In Episcopatu Eugubino. Monasterium Sancti Aemiliani, III. Solidos Lucenses.
 Monasterium Sancti Ambrosii, III. Solidos.
 Ecclesia Sancti Angeli de Classerna, III. Solidos Lucenses.
 Monasterium Sancti Donati II. Solidos Lucenses.
 In Episcopatu Tudertino. Monasterium Sancti Alberti, XII. Solidos Lucenses.
 Monasterium Sanctae Mariae de Cuti, unam libram cerae. Quod est exemptum.
 Monasterium Sancti Laurentii de Collazone Dominarum inclusarum, unam Libram cerae.
 In Episcopatu Nucerino. Ecclesia Sanctae Mariae in Suria, III. Solidos Lucenses.
 Monasterium Waldi
 In Episcopatu Spoletino. Ecclesia Sancti Petri, juxta ipsam civitatem, II. Solidos Lucenses.
 Ecclesia Sancti Spiritus de Capana, unam Libram cerae.
 Monasterium Sancti Petri de Bovaria, V. Solidos Lucenses.
 Ecclesia Sanctae Mariae de Casis, unam Libram cerae anuatim.
 Ecclesia Sancti Pauli in Campo Salese, unam Libram cerae.
 Ecclesia Beati Pauli de Galleto, unam Libram cerae.
 Ecclesia Sancti Spiritus, unam Libram cerae.
 Monasterium Sanctae Mariae Vallis Gerlae, unam Libram cerae. Quod est exemptum.
 Monasterium Sanctae Mariae de Aquaviva, unam Libram cerae. Quod est exemptum.
 Monasterium Sancti Petri de Monte Martano XII. Lucenses.
 Monasterium Sanctae Mariae Magdalenae juxta Nursiam in dioecesi Spoletana debet annuatim unam Libram cerae. Et est factum Censuale tempore domini Innocentii IV. Anno II. Quod est exemptum, secundum quod in eorum Privilegio continetur.
 Castrum quod Moricicla dicitur, sicut invenitur in Registro Gregorii Papae VII. juris beati Petri est.*

(1) Altrove scrive *Borgaria*. Alcuno è di parere che sia il medesimo luogo detto *Porcaria*, e anche *Porteria*.

[pag.263]

XXXII.

1233, 10 Agosto

Frate Elia ministro generale dell'ordine de' Minori, mediante fra Michele e fra Tommaso pronuncia un laudo per comporre le discordie tra Spoleto e Cerreto (1).

In dei nomine am. hec sunt precepta atque mandata que Michael ordinis fratrum minorum una cum fratre Thoma de consilio, mandato et voluntate fratris Elye ministri ordinis fratrum minorum, inter comune Spoleti ex una parte et comune castri Cerreti ex altera, fecit atque precepit hinc inde inviolabiliter observari, sub pena quingentarum marcharum argenti, inter Massaronem Jacobi notarium syndicum comunis Spoleti, et Transaricum Oguicionis syndicum comunis Cerreti stipulata et compromissa. Inprimis Deum pre oculis habendo precepit atque mandavit ut comune et homines Cerreti fossata castri Cerreti explanent et adquare debeant, et pectoralia muri cum sex filis muri grossi, et arcus exteriores portarum Cerreti quantum tenent super cardines portarum destruant omnino, et porte Cerreti et claves honore Comunis Spoleti portentur a Cerretanis apud Spoletum. Item ut Cerretani faciant et edificent in Civitate

Spoleti hinc ad festum Sancte Marie de augusto ad unum annum completum XII. domos, quarum omnium pretium sit mille libr. lucensium. Et hiis omnibus peractis, reddantur obsides Cerretani a Spoletanis quos ipsi habent, et omnes pene et banna remictantur Cerretanis que fuerunt eis a Spoletanis iniuncta sive imposita. Item precepit et mandavit ut pax et concordia sit inter comune Cerreti et [pag.264] comune Spoleti inviolabiliter observata, salvis omnibus conventionibus et statutis antiquitus habitis et debitis inter comune Cerreti et comune Spoleti. Que omnia dictus frater Michael pronuntiavit, precepit atque mandavit prefato syndico Cerreti et Comuni Cerreti, et prefato syndico Spoleti et comuni Spoleti inviolabiliter observari, sub pena quingentarum marcharum argenti; quam penam, si qua partium non servaret, componat observare volenti arbitrio sive laudo sive precepto ipsius fratris Michaelis rato manente. Actum est hoc in Spoletto in Ecclesia Sancte Marie, presentibus Jacobo paganelli, Petrono stephani, Bonizello corvi, Jañi transarici, dño Berardo berardi, Petro jañis coderonis, dño Isnardo et dño Leopardo iudicibus, et aliis pluribus testibus.

Anno Domini MCCXXXIII die X intr. mense augusti. Indictione VI, tempore dominorum Gregorij pp. noni et Frederici imperatoris.

Et Ego Bonincuntrus imperialis magestatis auctoritate notarius his omnibus interfui rogatus et de mandato et auctoritate dicti fratris Michaelis et fratris thome scripsi et publicavi.

(1) Reg. fogl. 13, e 87. - Memor. fogl. 57.

Nello stesso giorno e nello stesso luogo il sindaco di Cerreto prometteva per altro istrumento: *quod comune castri Cerreti, et homines Cerreti in omnibus et per omnia observabunt laudum sive precepta quod et que frater Michael ordinis fratrum minorum, sive frater Thomas, sive frater Elias dixerint vel fecerint de facto discordie, sive verre habite inter comune Cerreti et Comune Spoleti.* - Faceva poi quitanza e remissione di tutti i danni ed offese che gli spoletini avessero fatto al Comune di Cerreto e ai Cerretani *tam in personis quam in rebus*, e stipulava per la inosservanza, una penale di cinquecento marche d'argento ec. - Reg. fogl. 28.

XXXIII.

1234, 10 Maggio

Il Sindaco di Cerreto rinnova il giuramento e le promesse di fedeltà e di sommissione al Comune di Spoletto (1).

In dei nomine Amen. Hec est forma promissionum et iuramenti quas Syndicus cerretanus nomine ipsius Comunis et ipsi cerretani pro se et eorum successoribus et heredibus in perpetuum faciunt Petro Mathei Syndico Comunis Spoleti pro potestate et comuni Spoleti recipienti et ejus successoribus in perpetuum. [pag.265]

Ego Atto titii Syndicus comuni Cerreti nomine ipsius comunis promitto et iuro corporaliter ad sancta dei evangelia tibi Petro mathei not. Syndico comunis Spoleti recipienti pro ipso Comuni semper subesse iurisdictioni comunis Civitatis Spoletane, et nunquam eam declinare vel aliam eligere, acquirere vel tenere. Item quod non tractabo nec ordinabo, nec tractari faciam vel ordinari quod civitas spoletana amittat dominium vel iurisdictionem castri Cerreti in totum vel in partem, et si scivero aliquem hoc tractare vel ordinare, resistam pro posse et denuntiabo ipsum quam citius potero potestati et consilio Spoleti. Item nomine eiusdem comunis Cerreti promitto et iuro quod comune Cerreti faciet et observabit in perpetuum omnia precepta que dñs Manens Rainaldi nunc Spoletanorum potestas et ejus successores pro comuni Spoleti Cerretanis et comuni Cerreti facient in perpetuum, et quod amicos civitatis Spoleti pro amicis habeat, et inimicos civitatis pro inimicis. Item et quod nullam conspiracyonem vel coniurationem faciat contra comune Spoleti, nec factam servabit, et quod faciet guerram et pacem, et exercitum et parlamentum ad preceptum Seniorie Spoleti.

Item nomine dicti comunis Cerreti do, trado et concedo tibi Petro Syndico comunis Spoleti pro ipso comuni recipienti [pag.266] casalena in summitate castri Cerreti pro domo ibidem construenda iuxta murum dicti castri, que domus sit Comunis Spoleti perpetuo ad habendum et tenendum ad

voluntatem comunis Spoleti, in quo casaleno comune Spoleti faciat domum que tangat murum dicti castris vel sit prope murum ad voluntatem Spoletanā, altam quatuor perticas in ea parte in qua erit minus alta, et non ultra, nisi esset de voluntate Cerretanis, longitudo cuius sit a muris intus duo pertice, latitudo vero una pertica a muris intus, et promitto nomine ipsius comunis Cerreti dare calcem et arenam necessariam et sufficientem ipsi domui construende, alias vero expensas faciant Spoletani; de domibus vero circa ipsam domum faciendis vel non faciendis arbitrio dñi Episcopi Spoleti reservetur. Item promitto nomine dicti comunis quod Cerretani et eorum comune pro ipso comuni habebunt hinc ad medietatem mensis iunii ⁽¹⁾ proximi domos in civitate Spoleti vel burgis que constent usque ad quingentas lib. lucen. et quod de aliis quingentis lib. dabimus fideiussores idoneos quod ememus domus vel possessiones ad arbitrium potestatis ante kalendas ianuari ⁽²⁾, hoc acto quod perfecto opere domus, et emptis domibus, et datis fideiussoribus secundum quod dictum est, obsides restituantur Cerretanis libere et absolute, et si aliquis vel aliqui cerretanorum interim donec predicta fuerint completa voluerint dare aliquem vel aliquos idoneos loco alicuius vel aliquorum obsidum, potestas et spoletani illos accipiant et obsides domum ire dimittant, recepta promissione quod revertantur ad Civitatem ad terminum potestatis; de expensis vero obsidi dandis vel alleviandis arbitrio Spoletani Episcopi reservetur. Et promitto nomine ipsius comunis Cerreti tibi pro comuni Spoletano recipienti hec omnia et singula observare sub pena Mille Marcarum argenti tibi pro Comuni Spoletano stipulanti promissa, et ea soluta, hec omnia nichillominus firma permaneant, et promitto nomine ipsius comunis Cerreti sub eadem pena, quod faciam hec iurari et promitti a singulis Cerretanis sub pena promissa bonorum suorum in singulis capitulis committenda: quorum tenimentum dabunt et precario retinebunt ut in eventu conditionis ipsum comune libere possit accipere possessionem, salvis et confirmatis omnibus promissionibus et instrumentis factis Spo [pag.267] letanis a Cerretanis, unde recepi a te pro ipso Comuni sicut inferius continetur et in carta scripta per Taddeum notarium.

Unde et pro quibus Ego Petrus predictus Syndicus Comunis Spoleti nomine ipsius, in contione presente populo Spoletano recipio Cerretum et Cerretanos et te Actonem Syndicum nomine ipsius castris sub protetione et defensione comunis Spoleti et nomine ipsius comunis consentiente populo Spoletano promitto salvezam castris Cerreti et hominum de Cerreto, ipsis Cerretanis ad fidelitatem et devotionem civitatis Spoletane existentibus, sub eadem pena tibi ipso stipulanti promissa sicut in carta facta per Taddeum notarium continetur.

Nos Jacobus falconitti, Gentilis mathei, Egidius rainerij, Jonta letonis, Rainerius accursi, Moricus de campanu, Johannes berarducij, Rainalducus gregori, Transo uguicioni, Sextus odoresij, Rainerius benedicti, Accursus miliani, Manente rollandi, Munaldus rainerij, Bartholus bartholucij, Petrus aldichei, Andreas, acteconi, Rainaldus fallanze, Adam rainucij, Bernardus devasto, Moricus simonis, Matheus egidij, Scorna rainaldi, Accurrimbona rainaldi, Bernardus marescotti, Ofreducus berardoni, Scangius berardi, Munaldus fatii, Petrus rainucij, Rainaldus accursi, Deotedia supercli, Scangius Berardoni, Phylippus berarducij, Jacobus alcherij, Matheus arfredi, Bonaventura scollantis, Compagnus rainerii, Arronus teberti, Petrus alessandri, Berardus iudex de Cerreto promittimus et iuramus ad sancta dei evangelia quilibet nostrorum omnia et singula supradicta sicut prefatus syndicus promisit facere adtendere et observare et facere et curare quod comune Cerreti et singuli Cerretani hoc faciant et observent, sub pena bonorum nostrorum tibi Petro syndico comunis Spoleti pro ipso comune stipulanti, promissa, quorum bonorum tenimentum tibi pro ipso comuni damus et precario retinemus ut in eventu conditionis liceat ipsi comuni possessionem ipsorum libere occupare, et post pena soluta in sua permaneat nichillominus firmitate, que ita scribi rogavimus.

Actum Spoleti ante Maiorem Ecclesiam in contione ibidem more solito congregato.

In Anno dñi Millo Ducent. tricessimo quarto tempore dñi Gregori pp. viiij et Frederici Imperatoris secundi, et die x intrante maio. Indictione vij presentibus dño Thomassino iudice Paulo melioris, Johannes transarici, Phylippus ambrosij, Paulus mathei, Tomassonus famicie, Arculanus januarij, et aliis pluribus.

Ego Taddeus adiuti apostolica auctoritate notarius hiis omnibus interfui et rogatus prescriptorum hec omnia scripsi et publicavi.

(1) Reg. fogl. 9, e 89. - Memor. fogl. 53.

Questa sottomissione fu confermata e ratificata il 14 dello stesso mese col giuramento d'un gran numero di Cerretani ricevuto dal sindaco spoletino Pietro di Matteo (Reg. fogl. 7). Con altra Carta poi del 10 d'Agosto trentadue persone di quel castello si obbligarono *se facturos et curaturos et dare operam efficacem quod Comunantia et Comune castri Cerreti hinc ad proximum festum Sancte Marie de augusto ad unum annum completum emet in Spoletu duodecim domos valentes mille libras lucensium pro Comunantia Cerreti itaquod pretium ipsorum domorum sit mille lib. luc. etc.* stipulando, quando le cose promesse non avessero effetto, una penale di cento libbre di denari lucchesi, il pagamento della quale lascerebbe in pieno vigore l'obbligazione (Mem. fogl. 57).

Nell'anno 1237 il comune di Spoletu, essendo già stato edificato in Cerreto il palazzo di cui è parola negli atti messi in luce, comperava in quel castello in considerazione di questo, case o spazi di case diroccate. Il 16 di marzo il consiglio speciale costituiva sindaco a ciò un Albertuccio (Mem fogl. 52) il quale nello stesso giorno comperava da Titio *quondam perviri* e da' suoi nepoti un *casalino* nel detto castello che aveva *a parte inferiori via que vadit ad portam a latere murus castri, a parte superiori palatium Communis Spoleti; ab alio latere quod est Rogeri marescotti*. Altro pure ne comperò dai medesimi *quod debet protendi in longitudine a muro veteri palatii Cerreti extta per viginti pedes ad pedem pertice, et habet ipsum casalenum hec latera, a parte superiori constitit palatium comunis Spoleti quod est in Cerreto a latere murus castri. A parte inferiori quod mihi (venditori) remanet; ab alio latere via etc.* E furono i due casalini pagati sessanta libbre di denari lucchesi (Reg. fogl. 10 - Memor. fogl. 52). Altro ne acquistò presso il secondo dal nominato Rogerio di Marescotto per quaranta lire di den. lucchesi (Memor. fogl. 58). Furono poi queste vendite approvate e ratificate da un sindaco del comune di Cerreto il 28 di marzo del detto anno 1237 (Mem. fogl. 58).

(1) Così il Memoriale, nel Regesto si legge *januari*, che credo errore.

(2) Si trova in margine: *Notandum, quia hinc venit strata vulgo apud nos dicta Cerretana. Fuerunt enim cerretani, uti infidi, coacti a civitate ad habitandum hic spoleti ad hoc ut eo modo eorum fides esset magis tuta.*

[pag.268]

XXXIV.

1238, 11 Settembre

Otonello dona la sua parte di Rocca Accarini al Comune di Spoletu, ritenendone il possesso come soggetto al medesimo ⁽¹⁾.

In dei nomine am. anno dñi Millo. ducent. tricessimo octavo. tempore dñi Gregorii pp. noni, et dñi Frederici Secundi Imperat. Indictjone undecima et die undecimo Int. Septeb. in Ecclesia Sce Marie de Spoletu. Hoc siquidem tempore Ego dñs Octinellus de Rocca Accarini non vi nec dolo, sed mea propria et spontanea voluntate, titulo donationis inter vivos quam nunquam revocari possim, dono, trado, dò et concedo vobis dño Egidio rainaldi giliberti pot. Spoleti et Phylippo boñufantis Syndico Communis Spoleti recipientibus pro toto populo et Comune Spoleti, omnia mea bona que nunc habeo et in antea acquirere potero, silicet Roccam de Accarino cum turri, palatiis, girone, mansiis, familiis et dominibus, terris, vineis, arboribus, silvis, molendinis, montibus, pascuis, patronatu Ecclesiarum, pratis, cultu et incultu, et aquis, et cum omnibus eisdem pertinentibus sine omni reservatione. Cedens, mandans vobis recipientibus pro comune Spoleti omnia mea iura et actiones et defensiones reales et personales, utiles et directas que et quas habeo et mihi competunt in omnibus supradictis, et facio vos procuratores pro comune Spoleti, in rem vestram et constituo me procuratorio nomine pro comune Spoleti, et nomine comunis Spoleti omnia predicta possidere donec vos pro comune Spoleti vel alius nuntius ipsius comunitatis de omnibus predictis intraverint et apprehenderint possessionem in quam intrandi vobis pro comune Spoleti et omnibus nuntiis comunis Spoleti plenam et liberam potestatem et licentiam, do et concedo, et precario a vobis et comune Spoleti possessionem dictarum retineo. Pro qua donatione et concessione accepi a vobis et comune Spoleti launachil quod mihi bene complacuit. Renuntians omni auxilio legum, deceptioni, conditioni sine causa, et spetialiter illi legi de donationibus, que donationes, et generaliter et spetialiter omni iuri, exceptioni et defensioni et auxilio generali et spe [pa.269] tiali mihi contra hoc competenti vel competituro. Insuper promitto et obligo me meosque heredes vobis recipientibus nomine comunis Spoleti et pro ipso comune, vestrisque successoribus de fraude, colludio, molestia, evictione, falsificatione et legitima defensione, et predicta omnia integre observare et contra non venire, sub pena a me vobis recipientibus pro Comune Spoleti Mille Marcarum argenti pro stipulatione promissa, et pena soluta hec carta firma permaneat.

Ego dñs Octinellus de Rocca Accarini hanc cartam scribi rogavi, et juravi corporaliter super sancta dei evangelia hanc donationem et omnia que in instrumento contractus sunt scripta observare in perpetuum et contra non venire aliqua occasione.

Nos Jacobus petri corvi, Phylippus jacobi malanoctis, Thomas rainaldi, Jacobus zachei, Jordanus iudex, Jannucinus philippi, janni albertini, Thomas florentini, Berardus petri zaronis, Michilucius jañi, michaelis, Johannes Valterij et Jañes transarici rogati testes sumus.

Ego Angelus egidij not. rogatus scripsi.

(1) Reg. fogl. 21, e 94.

XXXV.

1238, 15 Ottobre

Fra Elia rettore e ministro dell'ordine de'frati minori dà facoltà a frate Illuminato, che al secolo era Accarino della rocca, di disporre liberamente di ciò che in quella appartenne al figliuolo Enrico (1).

In dei nomine am. Anno dñi Millo duct. tricessim octavo, tempore dñi Gregorii pp. noni et dñi Frederici Secundi Romanorum Imperatoris. Indictione undecima, et die quinta de [pag.270] cima Int. Octub. apud montem Sci Elye in camera fratrum minorum, hoc siquidem tempore Ego frater Elyas rector ac administrator ordinis et religionis fratrum minorum, do et concedo tibi fratri Alluminato, qui olim in seculo vocaberis Accarinus de Rocca, liberam et plenam potestatem et licentiam faciendi in omnibus, et disponendi quidquid volueris ad tuum arbitrium et voluntatem de parte Rocche Accarini quam tenuit olim Henricus filius tuus de omnibus bonis mobilibus et immobilibus quondam dicti Henrici promittens me pro me et conventu et ordine fratrum minorum habere firmum et ratum quidquid tu frater Alluminatus de predictis feceris. Et hec acta sunt in dicto loco in presentia dñi Egidii rainaldi giliberti, dñi Jacobi petri corbi, dñi Nicolai arturi et dñi phylippi egidii testium rogatorum.

Ego Angelus egidii not. his omnibus interfui et mandato et porabola dicti fratris Elye, hec omnia scripsi et publicavi.

(1) Reg. fogl. 22 e 95. Ottonello e Enrico erano consignori della R. Accarini posta nei monti a sinistra del Nera. Essendo morto Enrico, il condominio tornava ad Accarino padre di lui, che col nome di frate Illuminato aveva vestito l'abito dei Minori. Ora ad assicurare la donazione che si faceva al Comune, si richiedeva che anche frate Illuminato disponesse a favore del medesimo della sua parte, come avvenne nello stesso giorno 15 ottobre *in plateola ipsius montis sancti Elye, extra portam a parte ecclesie sancti Leonardi*, dove il frate stipulando con Egidio giliberti podestà, donò al comune la Rocca e il territorio nel modo stesso che aveva fatto Ottonello. - Reg. fol. 13.

XXXVI.

1239, 24 maggio

Sottomessione di Castel Pizzoli a Spoleto (1)

In dei nomine Rainalducus Planitie et syndicus sive procurator vel actor comunis Pizzuli, nomine ipsius comunis et pro ipso comune promixit et convenit dño Andree palmerij pot. Spoleti et Jannucino gavelgli syndico dicti comunis Spoleti, ad hoc spetialiter ordinato, recipientibus pro comune predicto dare et solvere pro quolibet foculare castris Pizzuli qui modo sunt vel in futuro erunt de eadem universitate anuatim viginti et sex luc. in festo sce Marie de aug. excepto ipse Rainalducio Planitie et ejus filii qui non dent. Item promisit dare unum cereum de cera nova et pura vigintiquinque lib. in festo sce Marie d'aug. in dicta ecclesia anuatim. Item promisit facere verram et pacem omnibus hominibus et

universitatibus quibus [pag.271] comune Spoleti preceperit, excepto contra Romanam Ecclesiam vel dominum de Contrada. Item promisit facere exercitum dicto comuni Spoleti quando comuniter esset dictum comune in exercitu contra aliquem vel aliquos, silicet dare vel mittere ipsi comuni unum hominem pro quibuslibet tribus focularibus ipsius castrum ad expensas et redditos predictorum hominum predicti castrum. Item promisit defendere, vardare, salvare et manutenere homines et bona omnia hominum civitatis Spoleti et eorum iura per totam terram et fortiam et curiam dicti castrum. Item promisit dicte Potestati et Syndico, recipientibus pro comuni Spoleti, non auferre nec dari facere alicui civi spoletano collectam sive datiam. Item promisit recipere potestatem in contione Spoleti a populo spoletano quem dare voluerit sicut recipiunt Cerretani, et alia castra que recipiunt potestatem a populo spoletano, cum salario competenti, finitis temporibus potestarie dñi Petri Anibaldi. Item promisit edificare unam domum in castro Pizzuli in qua comode possint habitare Potestates quas habebunt per tempora a populo spoletano, que domus sit comunis Spoleti, ubicumque placuerit potestati Spoleti excepto domus filiorum olim dñi Egidii massei et Cittadoni ormanni. Item promisit quod cum homines Pizzoli jurabunt sequimentum potestatis sive consulis comunis pizzolis, similiter jurabunt anuatim precepta potestatis Spoleti et qui erit per tempora. Et promisit dare hoc anno tantum in conductu aque Cortizoni, sive pro adiutorio ipsius aque in festo Sancte Marie de augusto, viginti quinque lib. luc. Que omnia et singula predictus Rainaldus syndicus sive procurator predictae communitatis castrum Pizzulis promisit et convenit nomine predictae communitatis et hominum predictae communitatis dño Andree pot. Spolt. et Jannucino gavelgii syndico comunis Spoleti recipientibus nomine comunis Spoleti facere et observare in perpetuum, exceptis vigintiquinque lib. luc. supradictis quas teneatur hoc anno tantum. Unde et pro quibus dictus Jannucinus syndicus comunis Spoleti nomine ipsius communis et pro ipso communi promisit eidem Rainaldus Planitie syndico castrum Pizzuli recipienti nomine predictorum hominum et castrum Pizzulis adiuvare, manutenere, defendere et vindicare homines castrum Pizzulis et bona eorum contra omnes homines et universitates et communitates et omnes alios qui dictum castrum offenderent secundum posse comunis Spoleti, excepto Romana Ecclesia et dño de Contrada et exceptiis filiis olim dñi Egidii Massei et Cittadoni ormanni, Palmerio multamate, Jordano regoglitti, Johanne gregorii, Jañe blasii, Nicolao juliani rainaldi et filiis eorundem, et aliis civibus spoletanis qui [pag.272] nunc ibidem habent et tenent, et in futurum habebunt et tenebant in castro Pizzuli, et tenimenta ipsius castrum, et exceptis tenentis dominorum de Pulino, et hominibus eorum de Pulino, Petano, Staquano Furcamiluni, Camposantino, Rivo de vico, Planezza et aliis locis in quibus habent. Et salvis tenentis et possessionibus ipsorum dominorum et hominum ipsorum quos nunc habent et tenent, quos homines nec recipiant in eorum castro vel comuni vel defensione sine voluntate dominorum de Pulino, exceptis istis hominibus qui fuerunt de terra tebertorum, videlicet dopno Gentile, Folcerio de amido, Henrico alferij, Petro eius filio, Benvinuta henrici, Rainucio rodulfi, Petro doni, Scangio tornaverre, Janne bennatis et Janne gregorij, qui si voluerint reddere ad habitandum ad castrum Pizzuli possint, qui homines habitant in territorio seu districtu dominorum de Pulino, si si noluerint reddere ad habitandum non cogantur reddere ad habitandum ad dictum castrum dummodo solvant in collectam seu datiam pro possessionibus quas habent in territorio castrum Pizzulis, comuni Pizzuli secundum justam extimationem factam de possessionibus hominum castrum Pizzulis, et hoc intelligatur cum comuniter colligentur homines dicti castrum. Et hec omnia et singula supradicta Syndici nomine predictorum comunium vicissim promiserunt adtendere et observare ac facere, et sub pena mille lib. luc. sollenni stipulatione inter eos promissa, et pena soluta, predicta firma permaneant, pro quibus omnibus prestandis et observandis vicissim obligaverunt bona dictorum comunium singulis capitulis committenda. Hoc actum est in palatio comunis spoleti, presentibus dño Nicolao arturi, dño Thoma transarici, dño Paulo andree iudicibus curie, dño Luca bonavise iudice maleficiorum, Berardo jañis sansi Camerariuns comunis Spoleti, dño Paulo oddi, Angelo egidi rainaldi, Jacobino angeli not. Leonardo uguicionis not. camm. Palmerio giraldi, Transaricono petri egidii, testibus ad hec rogatis et scriptis.

Anno dñi Millmo ducent. tricesimo nono tempore dñi Gregorii pape noni et Frederici imperatoris secundi: et die Martis octavo exeunte madio. Indictione duodecima.

Ego Palmerius auctoritate imperiali et nunc dñi Andree Palmerii pot. Spoleti not. in hiis omnibus interfui, et mandato supradictorum Syndicorum hec omnia scripsi et publicavi anno, mense, die, loco et coram supradictis testibus.

(1) Reg. fogl. 23, e 97. - Questo castello, Pizzuli, Pizzoli e Pizzulis, come variamente si legge, per documenti che ci verranno sott'occhio, sembra fosse disfatto innanzi alla metà dello stesso secolo XIII.

1239, 16 luglio

Come il sindaco Alemanno sottopone in perpetuo a Spoleto il castello di Camero (1).

In dei nomine Am. Sub Anno Dñi Millmo ducent. trigesimo nono tempore dñi GG. pp noni et dñi Frederici Imperatoris secundi, Indictione duodecima et die sabati sexto decimo intrante julio, hoc quidem tempore hec promissiones et conventiones quas dompnus Alimannus Rainerij syndicus et procurator comunis castri Camuri, facit nomine et vice dicti comunis dño Andree Palmerij potestati Spoleti et Jannucino gavelgii syndico comunis Spoleti recipientibus vice et nomine dicti comunis, videlicet quod dat et supponit et submittit totum dictum castrum Camuri cum tota ejus curia et jurisdictione et ipsius castri districtus potestati et syndico comunis Spoleti supradictis et in perpetuum, et facere exercitum et parlamentum dicto comuni Spoleti sicut facit Cerretum et Sellanum, pro suo posse, et habere Rectorem et guidatorem de Civitate Spoleti omni anno, qui Rector eligeretur in contione ut eliguntur alii rectores castrorum de Montanea que sunt de jurisdictione Spoleti. Item promittit facere verram et pacem inimicis civitatis ad preceptum potestatis vel Rectoris Civitatis Spoleti qui erit per tempora. Item promisit vardare et salvare, defendere et manutenere cives et homines Spoleti et eius districtus per totam eorum fortiam et districtum toto eorum posse, et non esse in trovo nec consilio, nec in dicto, nec in facto quod aliquis civis Spoleti perdat vitam nec membrum, nec personam nec avere in eorum fortia et districtu. Item promisit, nomine dicti comunis, dare et mittere omni anno in festo Sancte Marie de augusto comuni Spoleti et potestati qui erit per tempora in civitate unum cereum bone cere et pure triginta librarum cere, et in domo et turrim ibidem [pag.274] facere facienda si comuni Spoleti placuerit ibi facere fieri, et potestati dicte civitatis, qui erit per tempora, quod homines dicti castri Camuri pro dictis non graventur nisi tantum de personis ad voluntatem potestatis Spoleti qui erit per tempora. Item promisit quod si quis civis Spoleti vel aliquis de districtu faceret aliquem contractum cum aliquo homine dicti castri Camuri ab odierna die in antea quod ipse teneatur respondere creditori suo in curia spoletana, sicut faciunt alii cives Spoleti. Et hec omnia dictus syndicus nomine dicti comunis castri Camuri promixit supradictis potestati et syndico recipientibus nomine dicti comunis Spoleti adtendere et observare et non in aliquo contra venire aliquo modo vel aliqua occasione per se nec per aliquem alium hominen dicti castri Camuri sub pena Mille lib. luc., pro quibus omnibus supradictis et pro pena predicta adtendendis et observandis obligavit dictis potestati et syndico supradictis recipientibus vice et nomine dicti comunis Spoleti per se et omnibus aliis hominibus dicti castri Camuri et eorum heredibus presentibus et futuris predicti castri Camuri omnia bona sua et omnia bona omnium aliorum hominum dicti castri, que modo habent et in futurum acquirere potuerint, renuntians exceptioni doli et metu, et quod non dicet nec opponet aliquo tempore nec ipse, nec alii homines dicti castri, quod ipsi essent coacti a comune Spoleti hoc facere. Immo dixit et affirmavit fecisse predicta, sua propria voluntate pro eo et pro omnibus aliis hominibus dicti castri Camuri pro bono et utilitate et melioramento ipsius syndici et omnium aliorum hominum castri predicti, sub pena predicta, et quoties contra predicta vel aliquid predictorum factum fuerit ab ipso syndico vel ab aliquo alio homine dicti castri, totiens et pro quolibet capitulo pena solvatur. Que omnia supradicta dictus dompnus Alimannus syndicus et procurator dicti castri Camuri ita voluit et scribi rogavit nomine et vice dicti castri Camuri secundum quod scriptum est supra, et sub dicta pena.

Hec omnia acta sunt in domo dñi Andree palmerij potestatis Spoleti presentibus dño luca Bonavise, dño Nicolao arturii, Berardo jañis camerario comunis Spoleti, Girsanto clavelli, Gentile mazzoli, Tertio sopercli, Accurrimbona ardengi, Fatio de colle mano, et Passaro arduvini testibus ad hec rogatis et scriptis.

Ego Palmerius auctoritate imperiali not. et nunc potestatis not. et de mandato et auctoritate supradictorum hec omnia scripsi et publicavi anno, mense, die, loco et coram dictis testibus.

(1) Reg. fogl. 50, e 96. - Questa sottomessione fu confermata dal sindaco Datone *Compagnitti* il quale, il primo di dicembre 1272, *reagnovit, ratificavit et confirmavit Tadeo raynaldi syndico Comunis Spoleti conventiones, pacta et promissiones factas et habitas per dñm Alimannum Raynerii etc.* Reg. fogl. 155. - Memor. fogl. 41.

1239, 12 Ottobre

Jannuccino Gavelli stipula pel Comune di Spoleto alcune convenzioni coi Sindaci di Porcaria, e delle tre Fratte del Vescovo, di Gozo e di Transarico (1).

In dei nomine am. hec sunt promissiones facte a Masseo rodulfori, Bonaionta veianoctis syndicis de Porcaria, Companiono adamonis, Nicolao ardengi syndicis de fracta Episcopi, Alexio oducij, Stasio transarici syndicis de fracta transarici, a Blasio gerardi et ab Albertucio rainucii syndicis da fracta Gozi Andree palmarii pot. Spolet. et Jannucino gavelglii syndico comunis Spoleti, recipienti nomine comunis spoleti, silicet quod promittunt, nomine et vice omnium hominum supradictorum locorum, vardare et salvare personas et res hominum civitatis Spoleti per totam fortiam et districtum eorum pro posse, et non stare in loco, nec in trovo, nec consilio, nec in facto quod aliquis civis Spoleti nec de districtu offendatur in persona nec in rebus, per se nec per alios, aliquo modo nec aliqua occasione sine vida, scorta et pedagium, et facere verram et pacem ad sensum et voluntatem comunis Spoleti, ad preceptum potestatis qui erit per [pag.276] tempora, et tenere amicos Spoleti pro amicis et inimicos pro inimicis, et dare operam et studium, per totam fortiam et possibilitatem eorum, quod omnes alii trebani revertantur ad amorem et concordiam comunis Spoleti, et si ipsi trebani nollent facere quod ipsi super hiis dicent et facient quidquid preceperit eis potestas Spoleti qui erit per tempora. Et omnes homines supradictorum locorum teneantur respondere in curia Spoleti de omni contractu qui fieret inter homines Spoleti et homines supradictorum locorum, salvo quod si alii homines de trevio reverterentur ad amorem civitatis Spoleti, vel si ipsi de dictis locis eligerent et facerent aliquem dominum vel capitaneos qui facerent rationem et facerent solvi debita pro eis qui essent et habitarent ab aqua citra quod ipsi non teneantur venire ad respondendum ad civitatem. Et pro hiis omnibus prestandis et observandis predicti syndici obligaverunt omnia bona eorum et omnia bona omnium hominum supradictorum locorum, et precario retinent ab eis pro comune Spoleti que modo habent et in futurum acquirere potuerint. Hec sunt promissiones facte a Jannucino gavelglii syndico comunis Spoleti, nomine dicti comunis omnibus supradictis syndicis recipientibus vice et nomine omnium hominum supradictorum locorum, silicet quod promittit eis iuvare, defendere, manutenere et salvare personas et res eorum per totam fortiam et districtu Spoleti et recuperare personas et res eorum pro posse ut alios cives Spoleti, et facere fieri eis rationem in curia Spoleti ut aliis civibus Spoleti, et non auferre nec auferri facere vidam, pedagium, nec scortam per fortiam, nec districtum Spoleti. Item promisit quod si predicti homines supradictorum locorum vellent facere aliquod castrum vel reductum in aliquo loco ab acqua citra, pro comune Spoleti detur eis auxilium et consilium et iuvamentum, factis omnibus expensis eorum, et iuvabit eos defendere, salvis in omnibus et per omnia reverentia Ecclesie Romane et nuntiorum suorum qui erunt per tempora et jure eorum. Item promisit quod si comune Spoleti faceret concordiam cum trebanis quod teneatur requirere supradictos syndicos et capitaneos eorum, salvo quod si supradicti vel aliquis eorum vellent in aliquo contra dicere quod non teneantur nichillominus facere. Item promisit quod si quis predictorum vellet emere domum in civitate vel burgis Spoleti quod ipse non det in aliqua collecta Civitatis usque ad decem annos. Et pro hiis omnibus obligavit eis bona comunis. Et hec omnia omnes supradicti syndici adinvicem promiserunt unus alteri adtendere et observare et non in aliquo contra venire, sub pena cccc. lib. luc. et pena soluta vel non, hec omnia [pag.277] firma permaneant, et quotiens contra predicta factum fuerit, totiens pene solvatur a parte qui contra veniret in aliquo predictorum. Et hec omnia omnes predicti syndici iuraverunt ad sancta Dei Evangelia attendere et observare et in aliquo non contra venire per se nec per alios, aliqua occasione sub pena predicta. Hec omnia acta sunt in domo dñi Andree palmerii potestatis sub anno dñi Millo. ducent. tricesimo nono, tempora dñi Gregori pp. noni. et Frederici Imperatoris secundi et die mercurii duodecimo iñtr. octub. Indictione duodecima, in presentia dñi Andree potestatis, dñi Luce bonavise, dñi Pauli oddi, Pauli berardi, Andreas massei, Thome magistri palmerii, Blasii appolloni, Blasius iannuci not. de Fracta, Martinus gelfi ejusdem loci, Girlinzoni morzapte de eodem, Forze et Granilli baiulorum curie, testium rogatorum.

Ego Palmerius auctoritate imperiali, et nunc pot. notarius in hiis omnibus interfui, et mandato supradictorum syndicorum, hec omnia scripsi et publicavi, anno, mense, die, et coram supradictis testibus.

(1) Reg. fogl. 51, e fogl. 98. - Non è da credere che si parli qui della Fratta del Vescovo che è su quel di Todi, e m'è ignoto dove fossero collocate le tre Fratte, quantunque non si possano supporre lontane dal luogo dell'unica Fratta ora conosciuta nel territorio spoletino, formando esse parte del trevano. *Fratta episcopi* si legge anche in una pergamena da me rinvenuta, e in altra anche *Fracta Vecla* (vecchia) nella diocesi di Spoleto, che evidentemente erano presso alla Fratta presente, intorno alla quale si può osservare che è divisa in tre parti dal torrente che la traversa; non mi assicuro a dire se questo torrente fosse l'*acqua* ricordata nel documento. *Porcaria*, e nel margine del Regesto *Portaria*, suppongo sia il medesimo luogo che ora porta questo nome.

Ho seguito il testo del foglio 98, perchè l'altro più antico, è monco, mancando di tutto il tratto che comprende le promesse del sindaco di Spoleto. Il Regesto, come il lettore si sarà avveduto dalle indicazioni, ha i documenti per la più parte duplicati, ed è composto quasi di due esemplari legati insieme. Alcuni dei documenti che sono trascritti in esso sono anche nel Memoriale, e la più parte sono poi registrati nell'Inventario, che io non cito perchè gli atti essendovi ordinati paese per paese, è facile rinvenirli! Quanto al presente documento i due esemplari differiscono in più luoghi per alcune espressioni, ma le condizioni stipulate sono le medesime.

[pag.277]

XXXIX.

1241, Giugno

L'Imperatore Federico II riceve in grazia gli spoletini, e restituisce loro il territorio e tutti i diritti e privilegi (1).

C. IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDUE TRINITATIS FRIDERICUS SECUNDUS DIVINA FAVENTE CLEMENCIA ROMANORUM IMPERATOR SEMPER AUGUSTUS JERUSALEM ET SICILIAE REX.

Tanc exaltatur Romanum Imperium cum supplicum precibus condescendit, tunc ejus dilatatur potentia cum in severitatibus cohartatur, tunc nobili more se vendicat cum indulget. Sed in illis potissime serenitatis auguste claritas velud quod [pag.278] dam sidus irradiat quos abigeatibus aliquorum ab antique devotionis et fidei pascuis oberrantes ad ovile dominicum mansuetudinis baculo potius revocat quam virga severitatis adducat. Eapropter noverit tam presens etas quam successura posteritas quod nos de favorabili gratia Civitatem Spoleti, et universos ac singulos spoletanos in plenitudinem gratie nostre recipimus et favorem, et tam civitatem eandem quam universos et singulos spoletanos cum omnibus bonis suis sub protectione ac defensione culminis nostri suscipimus speciali, Civitatem et ipsos sicut bonus dominus fideles suos in omnibus tractaturi. Offensas omnes quascumque et quocumque modo contra nos et imperium, seu nostros et imperij nuntios et vicarios hactenus commiserunt, eisdem de potestatis nostre plenitudine remittentes, et ipsos ab omnibus penis, bannis, et condemnationibus, quibus nobis et imperio, vicariis nostris et nuntiis tenerentur penitus absolventes. Confirmamus etiam et conservabimus eis omnes bonos usus et approbatas consuetudines, quibus temporibus divorum augustorum avi et patris nostri memorie recolende usque ad hec felicia tempora nostra usifuisse noscuntur. Tenebimus etiam universitatem et singulos Spoletanos in omni bono statu et honore, quo tenemus seu tenebimus aliquam Civitatem de ducatu Spoleti, dimittentes eis tenendas omnes tenutas, castra et villas que et quas tenebant, nec non rationes et jura que et quas habebant in castris, tenutis et villis, quando primum ducatum ipsum intravimus, videlicet secundo preterito mense januar. Tertiedecime Indictionis. Nomina castrorum, tenutarum et villarum sunt hec: Colle revaliosu cum pisiniano, Campellum cum tenimentis suis, Sellanum cum tenimentis suis, Munianun, Rocca albrici cum homib. et tenimentis suis. Castrum Cerreti cum homib. et tenimentis suis. Paternum cum homib. et tenimentis suis et Rocca paterni, Castrum vallis cum homib. et tenimentis suis, Castrum Sanctifelicis cum homib. et tenimentis suis cum Geppa rosani et criptis [pag.279] narci, Castrum Sancte Anatolie cum homib. et tenimentis suis, Castrum bufonis cum homib. et tenimentis

suis, Rocca accarini cum homib. et tenentis suis, Battiferia cum homib. et tenentis suis, Scopulum alodulum et Castangia cupa et villa curdiani et casalis cum homib. et tenentis suis, Coste montis martani usque ad sommitatem montis et exit inter palatium filiorum albrici et muricem, et venit per Riguzanum et capit Ruffilianum et descendit ad tartarenam per pedem calvesani et tenentis omnibus Plebate sancti britii, villa beroite et villa azzani cum homib. et tenentis suis, Castrum paroccli cum pertinentiis suis, Lapperinum, Ancaianum et Cesellum cum pertinentiis suis, et omnia loca, castra, et ville, et homines qui sunt citra loca versus Civitatem Spoletanam usque ad Civitatem, Communia Communi et Specialia specialibus personis. Item jura que habent in castro cammuri, in castro pontis, in castro pizzole, in castro juvi, in Arrone, et in castro laci. De habundantiori quoque gratia nostra statuimus, quod in Civitate predicta vel extra in districtu ipsius et specialiter in monte Sancti helie ⁽²⁾, nullum castrum, nullam monitionem seu domum, nec aliquod omnino edificium faciemus seu fieri mandabimus, nec ex factis aliquod contra predictorum spoletinorum nostrorum fidelium voluntate auferemus vel auferri mandabimus nostris utilitatibus vel usibus applicandum. Statuimus quoque et imperiali sancimus edicto ut predicta omnia sint eis de cetero valitura dummodo in nostra fidelitate et imperij persistentes, a nostris unquam servitiis non recedant. Firmiter etiam prohibemus quatinus Nullus Dux, Nullus Marchio, Nullus Archiepiscopus, vel episcopus, Nullus Comes, Nullus Capitaneus aut Vicarius, Nulla Civitas, Nullum Comune, Nulla Universitas, Nulla denique persona alta vel humilis, ecclesiastica vel secularis, antedictos spoletanos fideles nostros universos aut singulos contra presentis privilegij nostri tenorem ausu temerario inquietare, molestare seu perturbare presumat. Quod qui presumpserit indignationem Culminis nostri se noverit incursum et ducentas libras Auri optimi pro pena compositurum, quarum medietas fisco nostro et reliqua medietas passis iniuriam applicetur. Ad cujus rei memoriam et robur perpetuo valiturum presens privilegium fieri et bulla aurea tipario nostre magestatis impressa jussi [pag.280] mus communiri. Hujus rei testes sunt Fridericus Illustris Regis Castelle filius, dilectus nepos noster ⁽³⁾, Thomas Comes Acerre, Henricus de morra magne curie nostre magister justitiarius, Jacobus de morra Capitaneus in ducatu Spoleti, Magister Petrus de Vinea ⁽⁴⁾ magne curie nostre judex, Riccardus de traiecto notarius noster et alij quamplures.

SIGNUM DOMINI NOSTRI
DEI GRACIA INVICTISSIMI
SEMP. AUGUSTI IERLM.

FRIDERICI SECUNDI
ROMANOR. IMPERATORIS
ET SICILIE REGIS.

Acta sunt hec Anno dominice Incarnationis Millesimo Ducentesimo quadra-gesimo primo. Mense Junij, quartadecima Indictione, Imperante domino nostro Friderico Invictissimo Rom. Imperatore semper augusto, Jerusalem et Sicilie Rege, Imperij ejus Anno Vicesimo primo. Regni Jerusalem Sextodecimo. Regni vero Sicilie quadragesimo quarto feliciter Am.

Dat. in castris ante Spoletum. Anno Mense et Indictione prescriptis ⁽⁵⁾.

(1) Diploma Originale nell'Archivio del Comune di Spoleto e trascritto nel Regesto ai fogli 17, e 99. Pubblicai questo documento nel Saggio stampato in Foligno nel 1861; ma non trovandosi riprodotto nella Storia Diplomatica di Federico II di Huillard-Breholles, nè in altre grandi collezioni di diplomi imperiali, si può considerare come ancora ignoto, sebbene della pubblicazione del medesimo in quel Saggio, abbia fatto menzione il Gregorovius (Stor. di Rom. Lib. IX cap 5.), e quindi giudico utile il riprodurlo. Nel saggio, volendo render ragione della lettera C. maiuscola con cui comincia il diploma, e che si vede in vari privilegi di Carlo Magno e de' suoi successori sino a Federico II, dissi che dopo tutto quello che ne era stato scritto, era tuttavia per gli eruditi d'incerto significato. Ora ritengo per fermo che sia posto ad indicare principio non altrimenti che il segno §, perchè l'ho trovato in alcuni documenti di quel tempo, ripetuto ad ogni nome d'una lunga nota d'uomini, e in un esame di testimoni, al cominciare della deposizione di ciascuno, come il lettore vedrà qui appresso nel Documento n. 40.

(2) Il Monte Santelia è il luogo più alto di Spoleto, quello dove è la rocca, edificata dal cardinale Albernoz a mezzo il secolo XIV, che fu poi sempre cagione alla città di terrori e di sciagure.

(3) Federico secondogenito di Ferdinando III re di Castiglia, e di Beatrice figlia di Filippo di Svevia, cugina di Federico II. Intorno a costui vedi il Muratori all'An 1267.

(4) Io son colui che tenni ambe le chiavi
Del cuor di Federico, e che le volsi,

Serrando e disserrando, si soavi.

DANTE INF. C. XIII.

(5) Si fa menzione di questo diploma nel documento seguente, e il lettore vi noterà come i ministri imperiali ne riconoscessero l'autenticità indubitata, quando ancora era di recente concessione, e come si dica che ne pendeva la bolla d'oro col suggello imperiale.

Il monogramma è ridotto a due terzi dell'originale.

[pag.281]

XL.

1243, 9 Settembre

Per comando di Diepoldo di Dragona rettore del ducato, Giacomo Monaco di Capua camerlengo imperiale nel medesimo e messer Servadeo socio dello stesso rettore riconoscono i confini tra la Terra Arnolfa e il Comune di Spoleto (1).

In nomine dñi am. Anno dñi millo ducentesimo quadragésimo tertio, tempore dñi imperatoris Frederici romañ secundi. Ind. prima et die mercurij nono intrant. mense septembr. Hoc quidem tempore Nos Jacobus Monachus de Capua imperialis camerarius in ducatu Spoleti et iudex Laurentius de Sancta Agatha presentis scripti serie duximus declarandum quod a nobili et illustri viro dño Diapulto de Dragona sacri imperij in ducatu Spoleti vicario generali litteras recepimus in hac forma: « Diapoltus de Dragona Sacri Imperij in ducatu Spoleti Vicarius Generalis prudentibus viris iudici Jacobo de Capua imperiali mandato camerario in ducatu et iudici Laurentio amicis suis salutem et amorem sincerum. Quia volumus quod juxta imperiale mandatum, quod proinde nuper excepimus, senaite et confines intra districtum Spoleti et Terram Arnulforum per nos fideliter terminentur, mandamus vobis ex imperiali parte, auctoritate qua fungimur, iniungendo quatenus conferatis ad loca predicta vos ultima die presentis mensis julii et, accersito coram vobis nobili viro dño Valterio de Biscuris vicario in Terra predicta Arnulforum, a quo jura curie audietis, juxta [pag.282] tenorem privilegij imperialis comuni Spoleti concessi, fines et senaitas ipsas sine dilatione aliqua terminetis. Data Iterampna XVI. Julii pma Ind. » Quarum litterarum auctoritate, predicto comuni Spoleti injunsimus ut pro terminandis predictis senaitis mictent coram nobis ad locum predictum syndicum in hoc instructum et legitime constitutum, et predicto dño Valterio in predicta terra arnulforum vicario similiter injunsimus per se vel per procuratorem instructum pro eisdem senaitis determinandis coram nobis comparere debeat, utriusque parti certum super hoc terminum statuentes; quo termino adveniente, nos predicti Jacobus et Laurentius ad locum predictum personaliter nos contulimus, et comparentibus coram nobis ibidem Thomassono de schilocco syndico comunis Spoleti de quo nobis constitit publico instrumento, qui pro parte ipsius comunis ex parte una, et magistro Egidio de Cesis procuratore dñi Valterij de Biscuris, de quo constitit publico instrumento, ex parte ipsius dñi Valterij ex altera, petiit idem Thomassonus de schilocco syndicus pro parte dicti Comunis predicti Spoleti, et juxta tenorem privilegij imperialis Comuni concessi, senaitas et confines inter districtum Spoleti et terram Arnulforum determinare et distinguere deberemus, quia in privilegio continebatur quod coste montismartani usque ad summitatem montis per dominum Imperatorem Comuni Spoleti concedebantur (2), senaitas districtus Spoleti inter predictum montem martanum et castrum gallicituli per fossatum quod venit a scloppo pignario, quod fossatum est et dividit inter castrum gallicituli et scloppum pignarium, per nos determinare debetur. Et ad hec probanda idem syndicus coram nobis predictum privilegium imperialem ostendit et vidimus et legimus et erat scriptum in plena sui figura, non cancellatum neque abolitum nec ex aliqua sue forme parte vitiatum omnique vitio et subspitione carebat, et erat bulla aurea imperiali munitum, cujus privilegii copia predictus magister Egidius pro parte dicti dñi Valterij petiit sibi dari ut super eo ipse pro parte dicti dñi Valterij, recepto consilio, possit in hiis jura curie allegare, quodque juste petebatur exemplum predicti privilegii fecimus sibi dari, certo sibi termino constituto ad jura in hiis competentia alleganda. In quo termino nec predictus magister Egidius pro dicti dñi Valterij nec idem dominus Valterius vel alius parte ipsius comparuit coram nobis,

licet dictus Thomassonus syndicus se in nostra presentia presentaret, et sic accedentibus nobis cum dicto syndico apud exercitum [pag.283] Sancti Gemini, in quo dictus dominus Valterius morabatur, tam ipsi dño Valterio quam predicto syndico certum prefissimus terminum in quo ad locum predictum coram nobis comparere deberent. Adveniente vero termino ipso, ego predictus Jacobus Monachus una cum dño Servodeo socio predicti dñi Diapulti quem de voluntate judicis Laurentii predictus dominus Diapultus ad cameram ipsam in locum suum substituit, quia idem judex Laurentius erat pro imperialibus servitiis profecturus ad Pedemlucum, me contuli, et comparentibus coram nobis tam predicto syndico Comunis Spoleti quam predicto procuratore dñi Valterii de Biscuris quia inter ipsos de monte predicti montismartani, justa quem petebatur terminare senaitas, questio vertebatur, ad faciendam designationem montis predicti una cum predicto Servodeo plures testes de senioribus et antiquioribus hominibus habitantes in locis illis de quibus erat questio, diligenter audivi, quorum acta sunt hec.

C. Donatucius de rainerio habitator coste marini juratus interrogatus dixit: se scire quod a fossato scloppi pignarii usque ad palatium filiorum Albrici vocatur montismartani. Interrogatus qualiter sciret, dixit costas predictas publice semper audivisse vocari de montemartano. Interrog. de aliis nihil dixit. C. Raynucius de villa Panarie juratus interrogatus dixit: idem per omnia quod primus et addidit quod in eodem monte sunt ville que vocantur coste maliavacca, costa Sancti Severi, et costa amerina C. Johannes raynuci habitator ville Sancti Stefani jur. interrogatus dixit per omnia quod Raynucius. C. Johannes bonuscagni habitator ville porelle jur. inter. dixit se ignorare si palatium filiorum Albrici sit de costis montismartani, addidit tantum quod in eisdem costis sunt quedam ville que vocantur villa cerretuli, villa collis malgiavacce, villa Unzanelle, villa S. Severi, villa Sancti Gili de Silva, C. Gentilis de albrico habitator ville Sancti Viti jur. inter. dixit idem quod primus et addidit quod fossatum predictum dividit montem gallicituli a montemartano. C. Jacobus johannis de villa Sancti Viti jur. interrog. dixit idem quod Gentilis albrici. C. Philippus alferii de costa malgiavacca jur. inter. dixit idem quod Gentilis de albrico. C. Brunacius de villa Sancti Gregorii jur. interrog. dixit idem quod Donatucius raynerii C. Johannes de Petro habitator coste malgiavacce jur. inter. dixit idem quod primus. C. Matheus de Valterio de villa Unzanelli jur. int. dixit idem quod Donatucius. C. Johannonus de villa coste malgiavacce jur. dix. inter. idem quod Donatucius. C. Johannonus de Petro jur. inter. dix. idem quod Johannonus predictus. C. Gentilis de villa Coste jur. inter. dixit idem quod Johañonus de Petro. [pag.284] C. Rodulfus jur. interrog. dixit idem quod Gentilis. C. Johannes passamontis de villa sancti Gili jur. inter. dixit idem quod Donatucius. C. Augurus petri de Sanso de costa amerina jur. interrog. dixit idem quod Johannes passamontis. C. Carvonus de villa cerreti jur. inter. dixit idem quod Augurus. C. Matheus de Sibia jur. interrogatus dixit idem quod Carvonus C. Garofulus de villa Uzanelli jur. inter. dixit idem quod carvonus. C. Compatus jur. inter. dixit idem quod Garofulus; quibus in presentia utriusque partis receptis et ipsorum testium dictis publicatis, et accedentibus nobis una cum predictis partibus et testibus juxta predictum fossatum scloppi quod vadit per pedem gallicituli, designationem et distinctionem predictis montismartani per eosdem testes ad oculum publice fieri fecimus, et sic ut supra dixerant in eorum testimonio deposuerunt coram nobis. Nos vero predicti Jacobus Monachus et Servusdei qui de mandato domini Diapulti gerit vicem judicis Laurentij in hac parte, quia per testes directos plenissimo probatum fuit quod a fossato Scloppi quod vadit per pedem gallicituli usque ad palatium filiorum albrici vocatur coste montismartani, determinando senaitas et fines inter districtum Spoleti et terras Arnulforum pronuntiamus costas montismartani, usque ad summitatem montis ipsius a fossato scloppi sicut superius dictum est de fossato scloppi quod vadit per pedem gallicituli et scloppum et castrum pignanum esse de districtu Spoleti, ipsas comuni Spoleti smalr. adjudicantes, pro termino, spie, senaita inter districtum Spoleti et terram Arnulforum predictam, fossatum quod est inter montem gallicitulj et scloppum pignanum relinquentes. Die mercurii nona intrant. septembr. Actum in vocabulo ville Porelle in colle Jaracci presentibus testib. dño Petro de Capua judice maleficiorum comunis Spoleti, dño Thomassino judice, dño Johanne Alberti jud. dño Boniohane jud. dño Jacobo petri corvi, dño Filippo jacobi, Thoma raynaldi, Philippo bonifantis, magistro Petro not. potestatis Spoleti, petro zite bayulo dñi Valterij, Egidio egidi, Baractono pagani de schopplo, magistro Egidio de Cesis procuratore dñi Gualterii, Virrisio dñi carvonis de podio, Nicolao Martorelle, Petro magalotti, et Baractono ejus fratre, Massono egidi, et

aliis pluribus. Nos Jacobus Monachus imperialis camerarius in ducatu Spoleti et Servusdei socius dñi Diapolti de Dragona capitanei in ducatu, ab eodem dño Diapulto ad cameram istam judex delegatus, presentis scripti serie duximus declarandum quod cum pronumptiavimus costas montis martani usque ad summitatem montis ipsius a fossato scloppi quod vadit per pedem gallicituli quod est et dividit dictum [pag.285] montem gallicitulj et scloppum pingianum esse de districtu Spoleti ipsas comuni Spoleti smalr. adjudicantes, sententiam ipsam executioni debita demandando in presentia testium subscriptorum Thomassono Schilatte syndico comunis Spoleti nomine ipsius comunis et pro ipso comuni possessionem sive tenutam ipsarum costarum montis usque ad fossatum predictum et hominum atque villarum, et ipsis constituimus, assignavimus, et ipsum pro parte dicti comunis et nomine ipsius comunis in corporale possessionem ipsarum costarum et montis et hominum et villarum, smalr. judicantes iniunsimus etiam hominibus ipsorum locorum, quorum quedam pars erat in nostra presentia constituta, quod a modo potestati et comuni Spoleti tamquam eorum dominia in omnibus pareant et intendant.

Ego Rodulfus imperialis notarius et nunc comunis Spoleti de mandato et auctoritate predictorum dñi Jacobi et Servodei predicta omnia suprascripta scripxi et publicavi eodem die mense anno et coram supradictis testibus et loco predicto et quod supra interlineatum est vel delentum manu mea feci.

(1) Inventar. fogl. 189. - Narro nella storia del Comune di Spoleto a pag. 114. come, a malgrado di ciò, e della conferma del Cardinal Rainerio, il castellano di Cesi nel 1276 si provasse di estendere la sua giurisdizione su i luoghi riconosciuti a Spoleto. Vedi Doc. n. 65. Nell'inventario al fogl. 191 si ha il mandato fatto a Tomassone del fu Angelo dagli uomini di Castiglione nella Terra Arnolfa, nonchè della valle di Colle prachia e di Giuncano appartenenti alla rettoria di quel castello, perchè come loro sindaco e procuratore confessi innanzi ai Priori di Spoleto la propria soggezione alla città, con gli obblighi consueti. L'atto è del 1335. Al fogl. 222 trovasi registrata una descrizione dei confini della Terra Arnolfa in volgare, che è del 1378. Il Contelori nelle Mem. di Cesi ne ha pubblicato una simile - Nel presente documento per errore si scrivono spesso gli stessi nomi in modi diversi: *Diapultus* per *Diapultus*, *pignarium*, *pignanum* e *pingianum*, *Unzanelle* e *Uzanelli*, *Schilocco* e *Schilatte* ecc.

(1) Vedi Doc. n. 39.

XLI.

1244, Giugno

Come l'imperatore Federico II risottopose Cerreto al Comune di Spoleto (1).

Fredericus dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus, Jerusalem et Sicilie Rex. Per presens scriptum notum fieri volumus universis nostris fidelibus tam presentibus quam futuris quod potestas, Consilium et Comune Spoleti fideles nostri maiestati nostre umiliter supplicaverunt ut castrum Cerreti et districtum ejus in quorum possessione fuerant antequam ad nostrum et imperii dominium rediissent quibus privati erant propterea quod eisdem spoletanis in nostra tunc rebellione persistentibus, homines de Cerreto, demissis eisdem, ad fidem nostram reddeumtes, nostrum et Imperii dominium agnoverunt, restituere ipsis de nostra gratia degnaremur, cum et si palam et universaliter videretur tunc [pag.286]temporis Civitas ipsa mandatis nostris resistere, occulte tamen maior et melior pars ipsius fidelitatis nostre prestaverat juramenta, propter quod supplicationi sue locum fore et ad exauditionis benignitatem, nostram debere excellentiam commoveri firmiter asserebant, quorum supplicationi favorem et gratiam promittentes, Consilio et comuni Cerreti spetialem nuncium nostrum et litteras duximus deferendum ut ad presentiam nostram decem ex melioribus terre ipsius accederent mandata nostre celsitudinis audituri, quibus in nostra presentia constitutis, exposita eis petitione Spoletanorum et nostra etiam voluntate que ad exaudiendum eos Nos favorabiliter inclinabat, pro parte sua et comunis sui, inter cetera, se subicere formidabant utpote de promissis servandis eis pro commissis contra eos actenus, diffidentes, et spetialiter quia eis dimissis et in rebellione nostra tunc perdurantibus dominationem nostram et Imperii duxerant pronis et prontis affectibus amplectendam. Nos autem cum pro parte Comunis Spoleti Cerrus ad presentiam nostram syndicus advenisset ad intelligenda mandata nostra

super restitutione Cerreti facienda, ad implendum mandata super securitate promittenda et servanda Cerretanis, mandatum a Comuni spetialiter non habebat, iterato consilio et Cerretani (*sic*) Spoleti mandavimus, ut syndico eorum spetialiter quatenus ab eo pro parte comunis juxta beneplacitum et mandatum nostrum plena comuni et singularibus personis de Cerreto promitteretur securitas, et de ea servanda cautio preberetur. De quo mandato sequenti die per instrumentum publicum ab Ugolino rainerij potestate, Jacobo centrone syndico, Gerardo symi, Leonardo angelice, Berarducio jacobi notario et Phylippo bonifantis spoletanis in nostra curia presentatum eum plenarie constitisset, facta etiam esset fides debita de collata potestate plenaria per comune Cerreti nuntiis suis Jacobo ziglese de Macerata vicario potestatis, Jacobo domestici, Berardo rainaldi judici, Juncta gilecte, Angelo berardi, Andrea rapizi, Deotesalvi notario, Petro octonis deotesalvi, videlicet in nostra curia comparentibus de mandatis nostris plenius pro complendis viam et modum eligimus ut supplicationibus Spoletanorum fidelium excellentia nostra clementie annueret et securitate et indemnitatem Cerretanorum super commissis actenus diligentius procuraret. Mandata nostra utriusque presentibus, nobis propalantibus, in hac forma precipimus et ordinamus quod homines Cerreti hoberiant et intendant Comunitati Spoleti in omnibus et de omnibus in quibus intendebant ei prius quam nos ad manus nostras Ducatum revocarem Spoleti, et spetialiter in recipiendo pote [pag.287] statem a comuni et in arrenge Spoleti et in exhibendo sibi foculares sicut actenus faciebant, et in deferendo Cereum ad festivitatem Spoletanorum secundum morem inter eos obtemptum. Item in faciendo eis exercitum, ita tamen quod hinc ad tres annos loco exercitus faciendi, dent eis pecunia in ea proportione taxanda qua taxantur alia castra et villas Spoleti pro modo et facultatibus suis. De qua taxatione si questio fuerit diffiniatur per vicarium nostrum qui pro tempore fuerit in regione statutus. Potestas etiam datus per Spoletanos Cerretanis eisdem, hinc ad tres annos non amministret per se ipsum, sed per vicarium eligendum a potestate, de Marchia vel Ducatu Spoleti, qui sit amicus et in ullo suspectus Cerretanis prefatis. Nichillominus Potestas habeat salarium suum existens in domo sua, deducto eo quod debet habere vicarius ejus pro regimine suo. Infra predictos etiam tres annos non teneantur recipere Cerretani Spoletanos infra fortiam et muros Cerreti ultra tres aut duos ambaxatores qui forte per Comune et potestatem Spoleti mitterentur ad eos. Injunctum est preterea utrique parti, sub pena mille marcharum argenti, ut predicta omnia et singula debeant observare; ita quod soluta pena, mandatum in suo robore nichillominus perseveret. Spetialiter autem Spoletanis injunctum est ut omnem securitatem servent Cerretanis predictis, videlicet quod nec in personis vel rebus ipsorum aliquo modo vel tempore contra prescriptam formam eos offendere vel molestare presumant; quod si fecerint tam ad penas predictas quam alias prout nos in Comune vel singulis personis tam per Imperium quam per Regnum inventas animadvertere voluerimus, procedamus pro velle usque ad condignam satisfactionem offensarum commissarum ab eis. Nichillominus etiam de predictis omnibus et singulis observandis corporali prestito juramento, jurabunt Potestas et Consilium Spoleti quolibet anno usque ad triennium, potestas etiam et Comune Cerreti. Que mandata nostra ut in forma premissa ab utraque partium inlibata serventur predicti potestas, syndicus et ambaxatores spoletani pro parte sua et comunis ipsorum, tactis sacrosantis evangeliis, juraverunt. Similiter predicti vicarii et nuntii cerretani pro se et pro parte comunis eorum juraverunt corporaliter, prestitis juramentis, promittentes quod curabunt et facient ut Comune ipsorum universaliter singuli, et singulariter universi jurent similiter in predicta forma de omnibus adimplendis et etiam observandis; simili promissione interveniente a Spoletanis predictis ut per eorum comune omnia et singula dicta fiant et firmiter observentur. Unde ad futuram memoriam et perpetuam firmi [pag.288] tatem duo scripta similia et idem per omnia continentia fieri facimus nostri sigilli munimine roborata.

Datum apud Iteramnum ⁽²⁾ Anno dominice Incarnationis Millesimo ducentesimo quadagesimo quarto, mense Junii, Secunde Indictionis, Imperante Domino nostro Frederico dei gratia Romanorum Invictissimo Imperatore semper Augusto, Jerusalem et Sicilie Rege. Anno Imperii ejus vicesimo quarto. Regni Jerusalem vicesimo, Regni vero Sicilie Quadragesimo septimo feliciter amen.

(1) Reg. fogl. 18, e 100.

(2) L'imperatore era accampato presso Terni, aspettando di avere un abboccamento col papa per conchiuder la pace che si trattava.